ad eleemosinas pauperum, vt sẽtentia *Dñi* cõmutetur. ibid. bona agenti se asserit polliceri, & si malè fecerit, dicit se suam mutare sententiam; nèc *Deus* hominib', sed vitijs irascitur, q̃ in hõne, si nõ fuerint, non punit; ꝙ mutatũ est. 5 Orig. hom. 3. ad c. 3. Iudic. si te ipse emendaueris, si te ipse correxeris, pius est *Deus*, & misericors, q. vindictã temperet ab eo; qui illũ pęnitendo pueniat. 6 Aug. hom. 50 ca. 11. iudicet seipsum homo dũ põt, mores conuertat, ne nolens, præter volũtatem à *Dño* iudicetur. hom 41 si fecisse pęnitet, cur adhuc facis, q̃ malè fecisti; si adhuc facis, certè non es pęnitens. Hieron. ad Rustic. de pęnitentia; septies si iustus cadit, per pęnitentiã resurgit; si conuertatur peccata donantur, nec iusti vocabulum amittit. Ibid. de pęnitentia Dauid; qui sua confessus peccata, statim meruit audire, *Dñus* abstulit; corruptæ cicatrices à facie insipientiæ meę; fæditatem in sanitatis decorem commutat; qui sua confessus peccata, & dixerit, putruerũt, corruptæ sunt cicatrices. 8 Ambros. in pol. Dauid; *Dñm* dolor intimi mouet affectũ, vt Nathan, diceret, qm̃ te pęnituit, & *Dñus* transtulit peccatum tuum. 9 Hierony. ad Rust. vnum scelus Achab, & Iezabel, conuersus ad pęnitentiã Achab pęna differtur in posteros; Iezabel in scelere perseuerans, præsenti iudicio condemnatur. Chrisost. de repar. lapsi; talis, mihi crede, pietas Dei erga hõnes, vt nũq̃ spernat, si ei sincere, & simpliciter offeratur. Idem, si ad summũ quis pueniat malorũ; inde velit reuerti ad salutis viam, suscipit, amplectitur. idem; si non potuerit quis explere omnẽ satisfaciẽdo ordinem, qualem breui tempore gestã, non respuit, suscipit, nec patitur, quis exiguę cõuersionis pdere mercedem. Idem, *Dñs* ad Eliam, vidisti Achab, quia fleuit in conspectu meo, non inducam malum in diebus eius. 10 Greg. hom. 10 in Ezech. si eius pęnitentia placuit, qui timebat pdere psens sæculum; quomodo męror amaritudinis, qui amittere timent Deum. *Hieronym. in* in Proœm. Ionę. Niniue predicãte Iona ex pęnitentia meruisse veniã, sed quia ad vomitum redijt; ex ira *Dei* subuersa. Idem in Prol. Naum. Niniuę ne diuinę irę interitum sustinerent, pęnitentiam egerunt, accepta misericordia grauioribus se criminibus implicati, Dominus zelans, & vlciscẽs Dñus. 11 Aug. de ver. & fal. pęnit. c. 5 repbat perfidos, dicentes semel peccantibus pœnitentiam pdesse, quis non semp peccaret, si semper posset redire. errant nimium, imò ideo multo displicẽt, quia semper psto est ea destruere. destruit ne soluatur quod creauit, ne corrumpatur ꝙ amauit. infra. nec dicant, quem cœcum bis illuminauit, quem leprosum

bis

bis mundauit? ideo nõ scribitur aliqs, nisi semel sanatus, vt quisque timeat mergi peccato; ideo tot claudos, tot aridos, tot cœcos, ne desperet de se peccator. toties opus miserantis, quoties confessio penitentis. qualis medicus, qui malũ iteratũ nesciret curare. qui me confessus fuerit; qui inuocauerit nomen Domini saluus erit. *Septuagies septies.* Infra, sciebat enĩ sæpe iustos ad veniam venire; vt quotidiana offensio, quotidiana remissio. nisi misericors, perseueraret in petitione, nõ docuisset psistere, dimitte nobis debita; hæc non insinuant decreta absolute vltima, antecedentia, q̃ physicè vnum determinent. 12 Aug. ad Maced. epist. 54 si peccator nobis dicat, aut date mihi eundem iterum pœnitendi locum, aut desperatum me permitte, vt faciã quidquid libuerit; & si me à nequitia reuocatis; dicite an prosit ad vitam futuram; si fleuero, si vixero melius; si charitate, quæ operit multitudinem flagrauero ardentius in pauperes; si me penitendo vehementius, q̃ prius excruciauero. qs nostrum ita desipit, vt huic homini dicat, nihil tibi ista pderunt in posterum, vnde saltem huius vitę suauitate pfruere? auertat Deus tam immanẽ sacrilegij dementiam. 13 Esychius super Leuit. Cõtra Nadab, & Abiù, non poterat exuri peccatum in conspectu Domini, cui cũcta aperta sunt; nec placet Deo qui iniustitiam corde inclusam, & se penitentiam agere phibet; indignus remedio Iudas, quia nõ pura mente penituit, vt verè penitenti nunquam venia negatur, falsè nunquam indulgentia datur. 14 Chrisost. hom. 31 in c. 11. ep. ad Hebr. pænituit Iudas, sed malè, laqueo se suspendit. Esau lachrimæ non pænitentiæ animi volentis, indignationis internæ. non negemus peccata, nec impudentia duros efficiat; sponte peccata puniamus, ne pendamus nõ spontè supplicia. Infra Cain. vbi ẽ Abel nescit, & peccatum reddidit grauius. Adam vbi es? & timet quia nudus; bonum vt quis peccata agnoscat; delictorũ nam tale remedium, vt continua memoria, ad dolorem; glosa, non delectationem. 15 Ambros. 2 de pæn. c. 11 in salicibus suspendim⁹ organa; nam canticum Domini in terra aliena; si caro menti repugnat; filia babylonis misera, qa Babylonis filia, q̃ Dei filia esse desinit. 16 Hieron. in Matt. ad c. 27 si frater peccat in fratrem, vt emendare valeat, potest ei dimitti; sin autem vt permaneant opera, frustra assumitur pænitentia, time ne oratio fiat in peccatũ. 17 Leo Papa serm. 3 de pass. infelix Iuda, quem non pænitentia reuocauit ad Deũ, sed desperatio traxit ad laqueum. 18 Greg hom. 10 super Ezech. pluit Dominus sup vnam Ciuitatem, & super aliam

non pluit; multi quædam vitia resecant, in aliis grauiter perdurant. 19. Aug. de vera, & fals. pęnit. c. 9. & in c. 1. Naũ Deũ vt oĩum rerũ, ita suppliciorũ scire mensuras; nec preueniri sententia iudicij, nec ei in peccatorem exercendæ pænæ auferri potesta em. Ambros. in octinario psal. 118 & Gratianus, si satisfactio fuit, veniam impetrauit, si autem veniã non impetrauit, satisfactio non fuit. Hieronym. ad c. 1. Aggæi; si videris inter mala opera, quempiam nonnulla facere, quæ iusta sunt, non est iniustus Deus, vt ob mala multa, paucorum obliuiscatur bonorum. Greg. hom. de diuite. Cauete si forte aliqd boni agatis, & mercedem in hoc sæculo recipiatis; vt Diues in præsenti vita bona recepit. Chrisost. ho. 67 ad pop. Antioch. nõ turbemur si malignos ꝓspera habere, bonos mala pati, illic corona, illic supplicia, nec malus in omnibus malus. si retributionem hic accipit, illic iam plenius punietur. Aug ad psal. 108 si Iudas teneret illud, ad ꝙ vocatus est, nullo modo ad eum, vel sua præterita, vel parentum iniqtas pertineret; sed quia non tenuit adoptionem in familia Dei, sed iniquitatem Patrum eius in conspectu Domini. Greg. 4 dialog. c. 65 si hoc, quod in nos delinquitur, ex corde non dimittimus; & illud exigitur, ꝙ iam per pęnitẽtiã dimissum. Aug hom. 15 de verb. Dñi; si ego prior dimisi, ait Dominus; dimitte, vel postea; nam si non dimiseris reuocabo te; & quicquid tibi dimiseram, replicabo tibi. Beda super Luc. lib. 4. c. 48 ad id reuertar in domum meam; timendũ ne culpa, quã in nobis extinctã credebamus, per incuriam nos vacantes opprimat. Aug. de cor. & grã c 8 & 9 & psal. 77 si ex bono in malum mutantur, cur Deus, nõ tunc rapuit, ne malitia mutaret eos? an qa in potestate non habuit, an eorum mala futura nesciuit? & donat *Deus*, & nec scriptura mentitur; raptus ne malitia mutaret eum. sm̃ propositũ. vocatio ista; cum piè viuunt dicũtur filij Dei; sed quia victuri sunt impiè, & in impietate morituri, non eos dicit filios *præscia Dei*. infra, credendo futuri erunt per Euangelij prædicationem; & anteꝗ factũ esset, iam conscripti in memoriali Patris. Infra; quia non manserunt nobiscum, iam nõ sũt ex nobis, si fuissent ex nobis, permansissent nobiscum. Infra, qui filij *Dei* ꝑsciti, & ꝑdestinati conformes imagini filij eius; & sm̃ ꝓpositum vocati sunt, vt electi essent; ꝑsciri, vocari secundum propositum; nec perit filius promissionis, sed filius perditionis. Infra, illi ꝑdestinati, & sm̃ ꝓpositum vocati; quorum nullus perit, & Christus datus, vt non pereat. Infra, sciebat ab initio Iesus, qui essent credentes, & quis traditurus esset eum; propterea dixi, nemo venit ad me, nisi fuerit

rit ei datum à Patre meo. Infra; non erunt verè discipuli, quia nō manserunt in verbo meo, verè discipuli mei estis. verè discipulos, Dei filios; appellandi sunt, quos regeneratos, piè viuere cernim⁹ Apud eum hoc non sunt, cui notum est, quod futuri sunt, idest ex bonis mali. ex his scribi in libro vitæ, & de eo deleri sm̃ iustitiam, & perseuerantiam; sm̃ præsciam, q̃ ab æterno facta est. hinc Ioan. qui credit habet vitam ęternam; qui aũt non credit, iã iudicat⁹ est.

Aug. ep. 12 in Ioa. Nouit *D*ñus qui sunt eius; ex his nemo sęducitur, nō dum apparuit iudiciũ, sed iam factum est; qa nouit Dominus. Si abiero, & parauero vobis locũ, ostendit eos adhuc scribendos esse operatione. August. tract. 68. in Ioan. c. 14. & glos. elegit nos ante mundi constitutionem p̃destinando, parando autẽ in operatione. Quos p̃ destinauit, hos & vocauit, & iustificauit, & magnificauit. fecit *D*eus q̃ futura sunt, quæ facturus est. Grat, de pęnit. d. 4 nouit Dñus; sm̃ iustitiam scribi in libro vitæ, quoad Dei præsciam, et sm̃ iustitiam. & Deo auctore eã operari, quorũ merito sit dignus æterna salute. Aug. ibid. sic parat nos sibi, & se nobis, vt maneat in nobis, & nos in eo. qtm̃ quisque particeps ei⁹ plus, vel minus ꝓ diuersitate meritorum. Decretum de pænit. d. 4 c. 11 in illud, deleantur de libro viuentium; sm̃ iustitiam deletur, q gratia subtracta, ea operari pmittitur, qbus damnationẽ meretur, sic peccata sm̃ p̃sciã remittuntur, cum ab æterno grã præparatur, qua vocatus iustificetur. Infra, duæ p̃ordinationes, vnaqua qs p̃ordinatur hic ad iustitiã & remissionẽ peccatorũ; altera, quis prædestinatur ad vitam in futuro obtinendam. infertur, si aliquis p̃ordinatus ad vitam, ergo prædestinatus ad iustitiam; si consequitur vitã æternã, consecutus est iustitiã; sed nō conuertitur; multi participes primæ p̃ordinationis, ad quos secunda, & eius effectus minime pertinere probãtur; multi primæ præordinationis participes erant; sed qa exierunt ex nobis, & nō erant ex nobis, nec manserunt nobiscũ; si illius p̃ordinationis nobiscum participes essent, mansissent nobiscum; vnde si ad sm̃ præordinationem referretur, mansissẽt nobiscum; præsentis iustitiæ participes in ea non perseuerant; nec qui cœperit, sed qui perseuerauerit saluus erit; vnde manere, participes esse, non recedere; præordinationis nobiscũ, sm̃ præsciam non absolutam, vltimò decretã, sed conditionate debent intelligi. Decretum eap. 12. fuistis aliquando tenebrę, nunc autem lux in Dño. Eramus natura filij iræ. Blasphemus fuit, nunc miam cõsecutus. Alias oues habeo, q̃ non sunt ex hoc ouili; vt filios Dei, q erant dispersi congregaret in vnum. præscia Dei, erant oues,

& filij, vt qualitate præsentiũ, nõ specie tm̃, sed etiã ante Dei oculos essent filij iræ, & perditionis. & Apost. de se, nõ ait, videbamur esse, sed eramus & nos natura filij iræ; nec ait reputabamini, sed fuistis tenebræ, nunc autem lux in Dño. vt qui in Christo renascuntur, eius sanguine à diabolo redimuntur; & vt isti futuri filij Dei, prius filij diaboli, ita qui recedunt à iustitia, futuri filij perditionis; cum piè & fideliter viuunt, verè filij Dei, & æterna beatitudine digni.

Arguent Thomistæ C. ibi authoritas non est; cum viderentur piè, & fideliter viuere, sed cum piè & fideliter viuerent. ℞ non videri bonum, ꝓdest: sed esse; at Deum videre est esse; videt ꝙ est, nec videt absolutè ante suũ velle absolutũ, sed ꝓuisione æterna, ꝙ vellemus, ꝙ est conditionatè scire; non Dei, cui nulla conditio, sed nostræ voluntatis amator, q fecit te sine te, non saluabit sine te; nec à bono in malum commutantur, qui numq̃ veraciter boni fuerunt. sic Ezechiel, si auerterit se iustus à iustitia sua, non quam videbatur habere, sed quã veraciter habet. Contra ibi; non erant in numero filiorum, qñ erant in ꝓfessione filiorum. ℞ participatione hæreditatis æternæ, forma ꝑfecta hoc modo tm̃ filij; nisi participes æternæ beatitudinis; at dedit omnibus potestatẽ filios Dei fieri; expectatio, & spes creaturæ reuelationem filiorum Dei expectat. Ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. Gemimus, adoptionẽ filiorum Dei expectantes; hinc Aug. modo tãtũ, hic creaturæ, non dum forma filiorum perfecta; nõ sunt filij Dei nisi particeps æternæ beatitudinis. Contra, filijs prædestinationis peccata secundũ iustitiam non imputantur. ℞ error; nam filij *vt* ait decretum, dicuntur, aut *præ*destinatione tm̃, de quibus *Ioan.* vt filios congregaret in vnum; aut prædestinatione, & spe beatitudinis æternæ, de quibus, filioli adhuc modicum vobiscum sũ. aut merito fidei, & præsentia iustitiæ, si dereliquerint filij eius legem meam; & sm̃ præsciam, & iustitiam. illi, qua bono in malũ deficiunt vsque in finem ad supplicium; & qui vsque in finem in bono pseuerant, filij adoptionis æternæ. C. ibi videtur Gratian. negare præsciã. ℞ hoc sensu tm̃, vt peccata dimissã, nec redeãt in Dei ꝑscia. C. reddit iniquitatem Patrum in filios, & nepotes. ℞ ex Greg. 15. mor. c. 22 dum culpa parentis, originali labe anima ꝓlis polluitur, non reddit: cum baptismo liberamur; non parentum culpas, sed quas committimus habemus. Cõt. Ezech. 18 si auerterit se iustus à iustitia, fecit iniquitatem, oẽs iustitię, quas fecerat non recordabuntur, in peccato morietur. ℞ Greg. cum ma-

la cōmittimus sine causa ad memoriam bona nostra transacta reuocamus. in perpetratione malorū, nulla debet esse fiducia bonorum p̄teritorum. C. bona prima p mala sequentia mortificata reuiuiscunt, si postea bona fiant; ergo mala, si iterū in peccatum reddis, redeunt. ℞ aliud in bono, aliud in malo; bona communicātur, non mala. C. ab æterno præsciuit *D*eus remissionē nō valere ei ad vitam æternā, qui sm̄ iustitiam consecutus est remissionē non sm̄ electionē, & prædestinationē. ℞ cui peccata dimittuntur sm̄ iustitiam plenè, & purè ei dimittuntur; sub nomine præsciæ includitur p̄destinatio, in tempore iustificatio, gloriæ æternæ retributio; & comitantia est præsciæ, cum peccata dimittit; nec finaliter peccatum redire patitur, vt ad beatitudinem perducat; & hoc est sm̄ præsciam peccata dimittere. Cōtra, voluntas Dei fiet; voluntas Dei statuit præcepū nō p̄teribit. Oīa q̄ voluit fecit. ℞ vt exprimit scriptura: si feceritis; si pænitentiam egeritis; si vocem Dñi audieritis; q ex Deo est verba *D*ei audit. 2 voluntas stabit tā absolutè, q̄ conditionatè, tā voluntate signi, q̄ beneplaciti. nil absolutè exequendū à nobis p̄finit, nisi velimus nos; quū ex parte sui oīa dat ad bonū, & finem, sufficientia; paratus dare concursum, qbus denegat, non nisi demerito. Celestin. 1 Ep. ad Episc. Galliæ. ca. 1. Ita Deus opatur in cordibus hominum; atque in ipsum arbitriū, vt sācta cogitatio, piū cōsiliū, mot⁹ ad bonū ex Deo sit. Contra motus, ergo p̄motio, & p̄determinatio. ℞ Trident. arbitrium motum, & excitatū, determinat quū ex parte sui, inclinat, p̄mouet ad bonū; non passiuè vt arbitrium sit determinatū intrinsecè; solū extrinsecè. 2 nō qn possit reniti, & resistere in sensu composito, stante motione. 3 non q efficax ex se absq; concursu, q pendet à consensu. C. p̄mouet De⁹ efficaci motione cām nāralē, & liberā ad bonū, non ad malū; qa Deus non prima causa mali; 1. 2. q. 112. ar. 3. ad 2. ℞ p̄mouet, quū ex parte sui, non determinat intrinsecè, sed q̄ quū ex se nata est esse efficax. 2 efficaci, vt prior à quo, non vt in quo. 3 efficax dum facit bonum.

An scripturæ, Reuelationes, Præcepta, Patres, quæ futura sub cōditione promittunt, sint innixæ decretis antecedenter efficacib⁹, quibus Physicè vnum absolutè liberè voluerit Deus à nobis, ante nostrum consensum. 13

CErtum decreta Dei antedēntia, quū ex parte sui esse ad vnum. Dei p̄cepta ad bonū; Deū dare necessaria vt velimus bonū. Ita Magister, Alensis, Bonauentura, SCOTVS, Thom. Molina, Suarez, & oēs: at Deum facultatem arbi-

arbitrij decreto efficaci determinare vt velit vnum. non esse in potestate arbitrij reniti diuinis mandatis, obtemperare. cõcursum Dei esse p̄uiè, efficacem ex se ante consensum creatæ voluntatis, & præsciã conditionatã, quã Patres, scripturæ, Doctores semp p̄uisionẽ: ô altitudo sapiæ; scrutans corda; quos præsciuit conformes fieri; nulla creatura inuisibilis in conspectu Dei. & ante decretum absolutum, & vltimum dari in Deo certã notitiã infallibilem contingentiũ, quæ pendẽt à causis liberis; qua Deus inclinat aurem suã, vt saluum faciat; qua est p̄tector. Qua Deus eripit de manu peccatoris, & agentis iniqua; qua Deus est patientia mea, & spes mea. Qua sẽp protector. Qua cũ deficit virtus, nõ derelinquit. Qua nõ se elongat. Omnes vias nostras præuidit. Nouit oĩa nouissima, & antiqua. mirabilis scia ex me; non est occultatũ os meũ à te. Proba me Deus, scito cor meum. Videt si via iniquitatis in me est. Deduc me in via æterna. hæ conditionatæ præuisiones.

Dico. Nequit absolutè, vltimo Decreto, velle efficaci determinare voluntatem nostrã antecedenter ad consensum liberum absque consensu, saltim cõditionatè præuiso; hinc conditionata præuisione cognoscit Deus hæc futura, qd vellet, qd faceret, videt si via iniquitatis in nobis est. Præuisio conditionata est ab ecclesia, & scripturis. Psal. 128. vide si via iniquitatis in me est. Oratio Ecclesiæ, nulla nocebit aduersitas, si nulla dominetur iniquitas. si peccator ingemuerit, non recordabor. d. 4 C. p̄rescit se cooperaturũ. F ob præuisum peccatum reprobat. ibid. si non est iudicium de facto in exitentia, nec quasi in præscientia, ibi Scot. de ratione vt causa, quæ vt nulla ex parte nostra.

Prob. 1 si hanc tollis sciam, derogas thesauris sapiæ, & sciæ Dei; allucinans, attentans procedit Deus, in his q̃ liberè vult à nobis, & quid vellemus nos. 2 Deus in quouis rerum ordine, quo ponit creaturas liberas, sinit suos motus agere; ergo videt qd agerent, non absolutè, qa non sine Deo; ergo conditione si velit; 3 opere huius, magis propriè, & suauius scia, p̄uidentia, p̄destinatio, & humana libertas nectũtur; qa decreta vltima, q̃ nos p̄determinant ad vnũ, nil saluare possunt. 4 Lutherus, Caluinus indifferentiã in operando funditus euertunt, ex solo decreto absoluto, efficaci ex se, absque consensu; præuiè præfinitum. 5 dari sciã ex coniecturis in Deo, quid causæ liberæ in his, vel illis circumstantijs agerent; nec certam, & infallibilem habere notitiã, & definitum iudicium ferre, hoc esse aut non esse; si illud fieret. R co niect y ræ moralem certitudine in-

inferunt; non logicè, aut metaphysicè, q excludat dubitationē ex parte rei cogni'e. Contra, Deo moralis certitudo valdè incongrua. 2 si vocatio efficax in vno leuiter tentato, intrinsecè efficax in alio, quātumuis grauissimè tētato; ergo semper equè efficax nec humanum insistit arbitrium. 3 congruè vt per pportionē eius cū subiecto in quo recipitur, eo modo, quo qs vocatur à Deo. 4 Scot. 2. d. 28 Deus offert dona arbitrio disposito, si nō resistas gratie, nec pōt cauere ne resistat, dū est in peccato, vt ex parte arbitrij seruari pōt iustitia: sed cum justitia non habetur, seruari non potest iustitia.

Prob. 2 decreta antecedentia non sunt physicè efficacia, quib' non possit coniungi dissensus. 2 ab huius nāræ decretis, absolutè ad vnum, est inseparabilis prædeterminatio: ergo non sunt absolutè ad vnum efficacia, vbi manet pōa pximè ad actum cōtrarium. ℞ non in sensu composito, qui ad actūm reduci possit. Contra, pōt diuinam reicere inspirationē; non ea pōa, q ad actū reduci possit. 2 hæc indifferētia, vt arbitrium motum, & excitatum possit dissentire; q nulla circumstantia ad actum reducenda sit, respū motionis, ergo stante motione ad vnum, non est libertas. 3 hēt arbitrium, vt excitationi, & motioni resistere possit; at his suppositis nullum resistit arbitrium, ergo nulla libertas. 4 verè libera voluntas si obtemperare, aut refragari potest; si vno instanti dissentit, in alio pudefacta auscultat. 5 pōa ad dissensum nominis, & vocis esset, q numquam redigi posset in actum; nec Caluinus hanc potestatē denegaret. 6 arbitriū sub decreto, q est ad vnum, & quibusuis circumstantijs necessarijs præuiè ad actum; elici actum contrarium, vel omitti ad quem præmotum, est impossibile; ergo impossibile, pōam ad carentiam asensus, & oppositum actū. cui impossibilis est actus, ei impossibilis est pōa pxima vt eliciat actum. 7 nomine dumtaxat ponit in arbitrio pōā ad actus oppositos. 8 nec hæretici negant, Deum liberè agere cū determinat volūtatem, & homines habere plenum, ac perfectū iudicium rōnis, cum aliquod eligūt, & spōtè eligere; sed absoluto decreto *Dei*, quę à nobis fiunt; & Deo decernenti resisti nō potest, titulus sine re; res de titulo. Da conditionata, quoad actus nostros si velimus; si fecerimus; si vocem *Domini* audierimus; nisi humanum resistat arbitrium; & hęc intellectus Dei infinitè comprehensiuus, non extra se in sua essentia, vbi relucent omnia. ℞ Aluarez; error Caluini, non in Decreto; in physica, & efficaci pmotione ad vnum: sed destrui arbitrium, tolli libertatem Contra eadem principia sub eisdē terminis,

nis; vnam inferunt conclusionē: 2 ab vno, vt vnū; nulla relicta in differentia, & libertas. 3 hęretici nec ponunt aliā necessitatem, actuū nostrorū, q̃ ex suppositione diuini decreti, & diuinę motionis; & tñ re ipsa tollunt arbitriū. 4 Christus ait vis sanus fieri? ergo donum Dei, quoad Christum trahimur, non vult *Deus*, vt sit efficax ante consensum, ergo nō pręuię. 5 pręcepta Dei vtique ad vnum; Dei velle, vt velimus illud vnum; Dei promissa propter hoc vnum; at efficax non sine rōne habita ad arbitrium, & impleri debet nostro consensu, non ante cōsensum præuisum à Deo; non absolutè, saltim conditione si velit. 6 tollit grām sufficientē, & simul arbitriū; causa, quę agit vt mota, si necessariò physicè mouetur ad vnum, necessariò se mouet ad vnum. 7 motio efficax nulla ratione habita ad arbitrium; si necessariò cogeret, non alia ratione cogeret, quam physicè prędeterminaret ad vnum. 8 motio efficax predeterminat ad vnū quod est prędeterminatū ad vnū non est liberum, ait Luther; est liberum Thomistę; ex pręmissis, aut antecedente; quę rectè inferunt in modo, & figura vna conclusio. ℞ per motionem, quę essentialiter pręuiè à se efficax, & determinat, non tolli entitatem pōtiæ, quę cum actibus oppositis potest coniungi. Contra, cum actibus oppositis non coniungitur; ergo non libera ad actus. 2 est ei antecedens suppositio necessaria, vt fiat vnum. 3 ea posita ineuitabiliter determinatur ad assensum, manente pōa ad actum contrarium, non in sensu cōposito; sic copularet duos actus cōtrarios; sed quem voluntas fortè produceret si careret illo decreto, & motione pręuia ad vnū; ergo ea data non est libera. 4 nequit esse dissensus, stante motione ad vnum pręuiè; at *Trident.* arbitrium motum, & *excitatum* potest sub motu, & excitatione. 5 motio, & excitatio, non est determinatio physica; excitari, & moueri, cui potest *reniti*, non est absolutè vnnm *physicè pręuiè* determinatū ante *consensum*. 6 radix Caluini, & Lutheri, ex qua venenum; gratia sui natura prędeterminat ad vnū; Deus antecedenter ante pręuisionem aliquam in actibus liberis. *Deum* velle absoluto decreto peccatū; non solum pmittere, pręscire, sinere nostros motus agere. & vt Scot. 1 d. 37. *De'* daret, si per nos non staret; paratus est dare; dat antecedenter, & daret consequēter si voluntas creata. *Deus* non vult me velle cōsequenter, quod vult me velle antecedenter; nec aufert rectitudinem à voluntate creata, & actu suo absque demerito; non aufert voluntati rectitudiuem, paratus dare. quod vult antecedenter, vellet consequēter, nisi impedimentum voluntatis

tatis

tatis creatæ. Demum, sana fide, nequit dici Deum decreto absoluto velle, vt actus mali fierent; secus non tantum permitteret; vellet, intenderet, preueniret vt fierēt; prima radix; origo mali à Deo; voluntatem creatā determinaret vt velit; & virt' creata malè vult, quia Deus sic vult eam velle; nā antecedenter pdeterminaret, vt vellet. rectè Scot. 2 d. 37 ad argum. Deum multa velle voluntate signi, & antecedente; q̄ à se ꝓhibita voluntate efficaci, & beneplaciti: nec oīa absolutè vult, quę antecedenter vult; voluit Isaac immolari, & absolutè, ne extendas manum; ꝓhibuit antecedenter Adæ de ligno vitæ, & permisit commestionē, cooperatus est ad actū; signū duplicis velle signi, antecedentis; beneplaciti, & consequentis. Adde Scotum, nullibi circa actus nostros prædeterminat Deus, p̄definit, sed decreta antecedētia quantum ex parte sui, in ordine ad nostros actus. Contra ex 1 d. 38. D. prima determinatio respū factibilium à voluntate; vbi intellūs apprehendit ad fore, & nō fore. N, intellūs offert simplicia, & complexiones contingentes; voluntas facit determinatè vera; quæ ad veritatem absolutè spectant; ibi intellūs cognoscit existentias; si voluntas determinatè se habet ad illud. T, determinans voluntas ostensum ab intellū, facit complexionem veram; contingentia ex parte obiecti absolutè vera per actū voluntatis; ob contingentiam ex parte obiecti. Quodlib. 14 T motio contingēs in esse obiectiuo, qa voluntas determinatur in se ad alterā partē. ℞ hæc apud Scot. de futuris in esse absoluto, velle quo res ponītur esse. De actu vbi res immediatè à Deo, & contingentia à prima causa: non de actu libero, ad quem Deus voluntate antecedēte, & voluntate signi dat ex parte sui sufficientia vt agam'. hinc 3 d. 17. q. vnic. ad 1 Deus nō operatur in nobis, nisi cooperāte liberè nostra voluntate d. 73 V. non est alia prioritas, nisi perfectionis, eminentiæ, vt causant effectum communem.

Arguent Thomistæ, Aluarez, Deum absolutè, voluntate efficaci prędeterminasse omnes act' liberos. 1 Deus decreto suę voluntatis, non aliter causat in tēpore; psal. q̄ voluit fecit. dixit & facta sunt. 2 Aug. 83 q. 3 hoc est aliquid fieri Deo agente, ꝙ Deo volente. in psal. 114. Iustus Dñus in omnibus vijs suis; Deum hoc est velle, ꝙ facere. 3 Dei volitio antecedit æternitate actionem creaturæ; ergo prius vult vt velim, quam reipsa velim; ergo p̄determinat ad volendū. 4 si De' præscit, quid vellem; & non voluit vt vellem; homo ex se posset velle; velle Dei subesset nobis; ergo antecedenter determinat. 5 duæ volūtates non conueniūt,

N nisi

nisi vna supponatur alteri, & supposita prescia causalitatis; ergo non datur prescia certa ante decretum; nec voluntas humana ē aliqd determinatè factura, quin prius voluerit Deus eam facere, & cũ ea concurrere. 6 Deus simpliciter causa prima; ergo tam in agendo, quam in determinando simpliciter primus. 7 nil volitum quin precognitum; ante decretũ nil determinatè cognitum; ergo neqt esse ante decretum præuisio 8 non fertur Dei voluntas nisi in p̄cognitũ; voluntas nostra neqt esse p̄cognita; ergo preuolita; & p̄cognita Dei voluntas. 9 concursus Dei generalis est ex se determinatus, singularis, & indiuiduus; ergo decreto solius voluntatis. voluntas enim Petri se sola absque Dei cõcursu nil põt; 10 scia ante actum voluntatis, qd faceret, ex hypotesi quod sit paratus, facit Deum dependentẽ.

Ad 1 decreto, quo vult à se immediatè fieri, absque alio fiũt; dixit & facta sunt. q̃ voluit fecit; quo vult, & determinat, si velimus nos; sub ditione nostra; non absque consensu nostro; sub te appetitus tuus; ne comedas; si benè egeris. si vis sanus fieri. Ad 2 id est fieri Deo agente, quod volente; quia non alio agit extra, quo vult. 2 Deum velle, est precipere vt velimus; hoc fac & viues. noli emulari in malignantibus. patientiam habe, & oĩa reddam. Ad 3 præit absolutè, & conditionatè, si velit; voluntas Dei, dedit Deus dona quibus possim' & velimus; & adiuuat; & vt ipse velit prius absolutè id, quod fieri liberè à nobis præcipit, implicat. 2 antecedit in esse absoluto, hoc erit, Deus vult; id faceret creatura, Deus reuelat scripturis, finit nostros motus; ne dicas per Deum abest. nolite obdurare corda vestra. nemini viam præclusit. antecedit voluntas Dei, vt velimus., dat quibus possimus. Ad 4 semper voluit vt vellemus; at liberè nostra finit; nos liberos condidit; nec ex se potest velle; cum Deo, à Deo. Ad 5 decretum Dei, est vt libera sit volũtas, exhibet cõcursum paratum ad bonum si velit; hoc conditionatè videri, non est sine Deo, qui vult, vt velit, si ipsa vult. nec est absolutè velle sine Deo; hinc non cõcurrunt, nec concidunt à casu, sed semper sub Deo. Ad 6 tam in esse, quam agere primus, dãs esse, velle vt faciant, si velint: expectat vt misereatur nostri. efficax volitio creata à concursu creature nequit prescindere; nec antecedẽter absolutè volita. Ad 7 decretum antecedens, si velit, coexigit quid vellemus; nostros motus finit, imbibit. 2 repugnat ante nostrum velle, sub conditione, quod Deus voluerit nos velle; nequit præsciri, qd vellemus; semper velle Dei præsupposito, quod det necessaria, & exhibeat concursum ad volendum.

Ad 8 nō p̄cognita ante velle Dei tam absolutè, q̄ conditionatè; absolutè, & efficax, qua res vltimò erit, supponit velle absolutū Dei: at conditionatè, supposito quod velit Deus, quid vellemus; & in omni statu quo nos ponit, quid ageremus; sic allicit, sic suauiter disponit, sic corda trahit, sic sub te appetitus. sic p̄cepta, ne comedas. ambula coram me. Ad 9 cōcursus Dei generalis, quāuis ex se determinatus ad bonū; non tamen vult absolutè efficaciter antecedenter bonum, volendum à nobis liberè, sine consensu libero. 2 nil volitum, quin precognitum; si *Deus* non cognoscit certò, quid creata voluntas esset factura cum suo concursu; nō pōt concorditer effectum futurum ex ipsa absolutè velle, sine suo concursu. 3 si Deus voluit suas causas liberas, suos motus connaturaliter; hoc est velle cū causis secundis, & agere agentibus illis, non agere illis nolentibus; hinc determinatam futuritionē non suscipiunt in tempore, nisi cum voluntate creata; ab æterno supposito decreto, quod velit vt creata voluntas liberè ageret; vidit, quid ageret presciuit, predestinati sm̄ presciam. altitudo sapīæ, & sciæ Dei. nouit facta, quā fienda. nulla inuisibilis creatura in conspectu *Dei*. Ad 10 in Deo oīa antecedenter, qui dat nerīa vt possimus; comitanter concursum, cum quo possimus; consequenter ipse ad vitam predestinat; & preordinat gratis; nil boni fecisti, & dat; habemus Deum debitorem, quia ipse se debitorē fecit. Preuenit aspirando; prosequitur adiuuando; non predeterminat act᷒ nostros prius faciēdo.

An præscientiā Dei, Patres, & Doctores saltim sub conditione admittant; vt referant infal ibilitatem vocationis, conuersioni, & salutis æternæ consecutionē. 14

Avg. presciā Dei supponit ante infallibilem vocationē, & conuersionem de cor. & grā. c. 7 horum si quisquam perijt, fallitur Deus. de don. perseu. c. 12 p̄sciā beneficiorum Dei, quibus certissimè liberantur, quicumq; liberantur; prescīa, certitudo infallibilis ad cognitionē spectant. 15 trin. c. 27 nil volitum, quin p̄cognitum 7 ciu. c. 30 sic Deus res administrat, vt eas proprios motus agere sinat. psal. proba me Deus, & scito cor meū. vide si via iniqtatis in me est; hinc scīa simplicis nōe dat obiecto esse poßibile; conditionata petit obm̄ cōditionatè futurū; absolutū ante scīam visionis, q̄ pendet ab absoluto, & vltimo Dei decreto. queuis scīa præsupponit obm̄ cognoscibile, iuxta statū, quem illa scīa petit. Quare ordo in *Dei* scīa & decretis; 1 intellūs scīa simplicis notitię, seu nāali, attingit possibilia q̄ quouis tempore, or-

alteri pro quo meruit. 1 d. 17 q. 2 GG. ad actum liberum volūtas, non grā causa prior; secus si grā causa prima, actio non libera; vt grā naraliter moueret; voluntas naraliter moueretur: causa secunda sequitur actionem primæ, nec potest mouere ad oppositū eius, ad quod prima mouet, sic semel habens gratiam, nō posset amplius cadere. 4 d. 49. q. 6 GG causa secunda preuenta à superiori agente vnum oppositum, nō pōt pōa pxima exire in aliud.

Probāt scripturæ. 2 cor. 3 omnis sufficientia nostra ex *Deo* ē; ergo nō efficacia sine nobis. Ad Ephes. 2 gratia saluati estis per fidem, non ex vobis donum Dei ē. vbi Conc. Aurausic. 2. Can. 5 qui enim fidem esse nāralem, ab ecclesia Christi sunt alieni. 2 si quis sine grā nobis credentibus, volētibus, sperantibus. non autem per infusionem, & inspirationē; infusio, & inspiratio per grā, non determinat. Can. 7 bonū per naturæ vigorem, absque illuminatione, & inspiratione, q dat omnibus suauitatem in cōsentiēdo, & credendo, hæretico fallitur spiritu. non sumus sufficientes; sine me nihil potestis; illuminatio, inspiratio, sufficientia, sine qua non possumus, non pdeterminat; suauiter allicit ad consensum. Can. 25. Credimus bonum nos nō incipere, & postea Dei mīa adiuuar; sed ipse fidem, & amorem sui inspirat; inspirare non est absolutè prædeterminare.

Probāt a scripturæ Iob 22 stulti Ethnici, cardines cæli perambulat, & nostra non considerat; in manu Dei & nos, & sermones nostri. Tua, prouidentia, Pater cūcta gubernat. Attingit à fine vsque ad finem. Quod respiciat nostra, & quid facimus, & facerem⁹. Gen. 2 posuit in paradiso voluptatis vt operaretur. 3 vesceris pane tuo. 31 laborem manuū mearum respexit Dn̄s. Exod. 23 non apparebis in conspectu meo vacuus. Deut. 7 non erit apud te sterilis vtriusque sexus. Psal. 127 labores manuum tuarum, manducabis. Prou. 10 opus iusti ad vitam; fructus impij ad peccatum. vltim. date ei fructum manū suarum. Eccl. 4 vita operarij sufficiētis tibi condulcabitur, in ipsa inueniet thesaurum. Dignus operarius mercede sua *Si* filij Abrahæ, opera Abrahæ facite. bonum facientes, non deficiamus, tempore suo metemus. dum tēpus habemus operemur bonū. semper sciētes, quod labor vester non ē inanis Dn̄o. operamini ex animo sicut Dn̄o, & non hominibus, à Dn̄o excipietis retributionem. Si qs non vult operari, non mārducet. *Sa*tagite, vt per bona opera certam faciatis vocationem; opera reddunt certum. Contēplantes, ne quis desit gratiæ Dei; deesse pōt homo, si reddit in efficacem. Discant vestri bonis operibus præesse, ne sint infructuosi.

Præ-

Præcepta Dei, sub nostra conditione; si oblatio munda fuerit. Leuit. si maculam habuerit, non offeretis, neque erit acceptabile Deo. Si non audieritis me, frustrà seretis semētē, q̃ ab hostibus deuorabitur. Deut. si habuerit maculam, claudum, cæcum, deforme, non immolabitur Dño. Psal. oēs declinauerunt, propter hoc inutiles facti sūt. Prou. victimę impiorum abhominabiles Deo; vota iustorū placabilia. Ierem. peccata nostra prohibuerunt bonū à nobis. Ezech. si conuersus iust' à iustitia, non erunt in memoria iustitiæ, quas fecit. Si oculus tu' neq̃, intentio, corpus, cōgeries operum tenebræ. Seruite Dño in timore. Isa. serui mei comedent, & vos esurietis; serui mei laudabunt, vos præ contritione spirit' vlulabitis. Malach. Dixistis van' est, q seruit Dño: Roman. liberati à peccato, serui facti Deo, habebitis fructum in sanctificationē; finem vitam æternam. ad Ephes. non ad oculum seruientes, sed vt serui Christi facientes. Hæbreo. habemus grām, per q̃ seruiamus placentes Deo, cum metu, & reuerentia.

Probant 3 Patres, non Dei decreto, sed nostra culpa, & malitia, nec defectu gratiæ. 1 Grego. hom. 4 in cap. 1 Ezech. indiscretæ mentes mercedem ex bono opere acquirere non aspiciunt; quomodo ex malo opere perdatur. 2 Hieronym. in illud Oseæ 7 adinuētiones suæ coram me factæ sunt; nec dicant omnē malitiam eorum me recordatū. ait mala eorum non possunt me latere, adinuentiones apertæ coram faciem Dei, q̃ oīa clare videt. Idem, cum à Deo celare se putant, oculos eius vitare non possunt; quoniam vultus Domini super facientes mala. 3 Aug. de pænit. c. 14. & 15 consideret qualitatem criminis loco, tempore, perseuerantiam, varietate personæ, quali tentatione fecerit; si in tempore, si loco sacro; si vltrò se obtulit, si præuenit voluptatē; & si nouit, peccatū esse multū, citò inueniet Deum propitium; vbi decreta absoluta, antecedentia? Idem infra, in nōa peccati, inueniat se cuius ætatis, sapientiæ, ordinis, statum alterius, qui nō peccat; purget lachrimis; defleat virtutē, qua interim caruit; defleat ne dum, quia peccauit, sed q se virtute priuauit; nec promeruit vnde remunerari confidat, nec effugiēs de præteritis pænā, non inde expectet gloriam. Item ingratus, qui plenus virtutibus Deum nō timuit, eo culpabilior quò Deo acceptior; Adam plus peccauit, quia ōi bono abundauit. Virtus patitur detrimentum à vitio; si cadis in auaritiam, largitatem destruis. Infra; respexit Dñus ad Abel, & munera; sed prius Abel; sumens mentem, quam nouit humilem, puram; remunerauit largitatis munera; Ad Cain

non

non respexit; mentem eius, quā viderat, qa non cognouit, eius munera non respexit, in iudicio cordis, qua mente, qua affectione. Infra; cohibere à ludis, à spectaculis seculi, si pf:ctā vis consequi grām; Dina si se cohibuisset; si inter suos mansisset, à raptore corrupta non fuisset; vbi decreta absoluta? vbi physica præmotio? Infra; quisque caueat sibi, eligat q̃ imitetur; non sequatur, quem animus damnat; q̃rat fructus dignos; digni virtutum fructus. vt sic pacetur Ecclesiæ vt placata dolore, & gemitu impetret veniam; ex his nil absolutè, vltimò velle, & decreto absque nostro consensu. 4 Leo Epist. 90 ad Rusticū c. 9 & 10. penitenti vtilius dispendia pati, q̃ periculis obstringi; nō est libera à laqueis, qui se mundanis voluerit implicare; sub nostra libertate actus; non prædeterminati, absolutè, vltimo decreto. Nicæn. c. 11. si qui Dei gratia vocati, animus eorū, & fructus pænitentiæ attēdatur. Greg. 7 in Synodo Romana c. 6. recognosce veram penitentiam non posse peragi, qua ad vitam peruenire, nisi ex corde dimittat; bona, q̃ iniustè abstulit, restituat; interim quicquid boni facere poterit hortamur, vt faciat; vt omnipotēs cor illius illustret ad pænitentiam; illustrare, nō est physicè determinare; nèc spirit⁹ Sancti illuminatio, & inspiratio, est determinans physicè, & naturaliter ad vnum; cui voluntas nō possit aliter; nec efficacia ante consensum. Innoc. 2 in Con. Romano c. 22 ad id, qui offendit in vno, factus omnium reus; quoad vitam æternam; si in vno maneas vitæ æternæ ianuam non intrabis; conditio, & promissio sub nostra potestate Aug. de pænit. c. 10 Ad id, leprosi dum irent, mū dati sunt; Deum ad cor respicere. sæpe dum quærunt, antequā perueniant, moriuntur; at Dei mīa est vbique, qui & iustis nouit parcere. Idē lib. 50. hom. 41. Age pænitentiam sanus, pænitentiam egisti eo tempore, quo peccare potuisti; si cum peccare non potes, non sic deseris, te deserunt peccata. Cæsarius Arelatens. ex Tom. 7 Bibliotecæ. Si egerit verè pænitentiam, ad Deum vadit, regno Dei non priuabitur. Aug. agens pænitentiam ad vltimum; si securus hinc exit, ego non sū securus; si scirem tibi prodesse, non te monerem, non te terrerem; tene certum, dimitte incertum; fidelis benè viuens, securus hinc exit, agens penitentiā, reconciliatus sanus, & benè viuēs securus exit. Cyprian. 4 epist. 2 ad Antonian. si infirmitate, aut periculo cæperint deprecari, & rogare, non delicti pænitentia, sed mortis admonitio compellit; nec mortis accipere solatium digni, qui non cogitant mortem. Aug. de pænit. c. 17 arbitrij quæras libertatem, vt dolere possis com-

missa

missa, non necessitatem; vix, & raro est tunc iusta conuersio; timēdum de pęnitente sero. Si vera esset pęnitentia in extremis vtique sanaret, & saluaret; at qui impęnitens finit; si semper viueret, semper peccaret, semper plenus iniquitate, semper sine fine torquebitur, & manebit absque charitate. Abstineat à multis licitis, qui per libertatem arbitrij cōmisit illicita; offerat Deo mētem, & quod offert securus offerat; ex his Dei pręcepta absoluta circa finem; actus nostri non absolutè, conditionatè voliti, cum nostro consensu; si velimus, si fecerimus; si vocem Domini audierimus. stat ad ostium, & pulsat. Surge qui dormis, & illuminabit te Christus.

Prob. rōne 1 Patres, Concilia, Scripturę nomine gratię pręuenientis, & vocationis, sentiunt inspirationem, illuminationem, sanctam cogitationem; aspirando pręueni, & adiuuando prosequere. Deus à quo sancta desideria, recta consilia, & iusta sunt opera, opera non sine nobis, nil prius nisi inspiratio, illuminatio, sufficientia ad salutem intrinsecè. 2 lumen est à Deo; in lumine vultus tui ambulabunt; in visione locutus est sanctis suis; dedit adiutorium in potente, & exaltauit electum de plebe; prius visio, quam exaltati, electi. 3 in ęternum seruabo illi miam meā, & testamentum meum fidele ipsi. si dereliquerint filij eius legē meam. si iustitias meas profanauerint, si mandata non custodierint; visitabo in virga, & in verberibus. quæ pcedunt de labijs meis, non faciam irrita; labia Dei sub conditione, qa repulisti despexisti, distulisti, auertisti. memor esto Dñe opprobrij seruorū tuorum. 4 non videbit Dñus, nec intelliget Deus Iacob? qui plantauit aurem non audiet? qui finxit oculum non considerat? qui corripit gentes non arguet, qui docet homines sciam? Dominus scit cogitationes hominum; beatus quem tu erudieris, & de lege tua docueris eum. docere, erudire, esse in refugium, in adiutoriū non est determinare, quæ à nobis agenda; nisi extrinsecè per modum obiecti, & pręcepti; nō per modum actus. Iob 14 vocabis me, respondebo tibi, operi porriges dexteram; tu gressus meos dinumerasti; vocat Deus, respondet homo, gressus nostros pręuidet.

Prob. 4 ex his 1 grā ex natura sua, & entitate per se sola efficax non est absque respū ad arbitriū, Hieronym. epist. 66 ad Cresiphōtem. dicto Pelagij, si alterius ope egeo, libertas arbitrij non est. Ait velle meum, currere meum; sed sine Deo, non erit meū. Aug. ep. 86 non ideo tollitur arbitriū quia iuuatur, sed ideo iuuatur, quia non tollitur. ergo in efficacia simul se habent. non ego, grā

Dei

Dei mecum. 2 si prius nāra, quā voluntas actum eliciat, physicè prædeterminata ad vnam partē; non pōt se determinare, nec cū indifferentia agere; nec actionē à necessitate liberam elicere. 3 cum voluntas non agit defectu huius prædeterminationis, non poterit agere; non enim habet eam; nec est in sui pōa illam habere. 4 nec seruare poterit affirmatiua præcepta; nec si non seruat, eorum ommissio poterit ei adscribi. 5 nec Deus pōt pcepta dare voluntati, quā non pdeterminat; aut pcipit impossibilia; cū sine ea seruari non possunt. 6 inanes cohortationes, vt voluntas, q̄ prædeterminata non est, conuertatur, piè agat; inanes obiurgationes, quod non cōuertatur, comminationes; iniusta supplicia. ℞ pdeterminatio ad actus supernaturales, ob subordinationem secundæ, quæ agere non pōt, nisi pdeterminata à prima. Contra, eadem est ad actus nāles & supnārales, semper pdeterminata; ergo æquè libera, aut naturalis; eadem intrinsecè ad realem entitatem peccati intrinsecè mali; ad quam oportet vt De' intrinsecè pdeterminet. ea posita, voluntas non pōt, qn in actu secundo, pquo instanti erit. 2 si numq̄ erit, ergo numq̄ libera fuit. 3 si physica determinatio simpliciter necessaria, illa vltima dispositio, in qua voluntas nata est moueri; p q̄ primo mouens natus est mouere; illa non existente impossibile est agere; illa existēte non contingenter ageret; nam nil euenit contingenter; vbi physica, & nāralis prædeterminatio est necessaria. 4 collatis causis, q̄ necesse sunt ad agere, adhuc nō necesse est voluntatem agere; ergo pdeterminatio ad vnum nō est; & si est, libertas non erit; nā cū oībus prequisitis, velle & nolle pōt cum eis componi. ℞ non cōponit, quia infallibilis. Contra, infallibilis suppositio ex causa priori prædeterminante necessariò, ergo necessitas antecedēs. 2 suppositio infallibilis determinās vnum, ergo nō indifferens. 3 pōt quis excidere à grā susceptα; Trident. q̄ positū est in nostra potestate; ergo non efficax sine consensu. 4 posito decreto, aut qualitate à solo Deo; si consensus sequitur, necessariò tollitur libertas; est necessitas antecedēs, q̄ non admittit, nec absolutè, nec sub conditione nostrum velle; nam est antecedens, qualitas à solo Deo; si pōt voluntas; ergo cum consentit, alia applicatio necessaria, & infinitè processus; vel tollit libertatem. 5 in decreto peccata cognosci non possunt; Deus nō pōt velle peccatum; ergo q̄ à Deo nō nisi exigentia arbitrij. 6 nullus distinxit inter bona, & mala, vt absolutè futura, & conditionatè, infinities possibilia, quia infinita essent multiplicanda decreta. 7 hic vocatio-

cationis modus, quo voluntas suauiter trahitur, ex aptatione, q̃ inter intellũ proponentem taliter, qua posita infallibiter operetur voluntas. 8 illud præ determinans non reqritur, vt compleat pōã, q́ est ex se sufficienter actiua; & Deus dat sufficientia in actu primo, tã in ordine naturæ, q̃ gratiæ; secus impossibilis logicè obseruantia, ei q non hēt illud determinans ad vnum; quia nō est in eius potestate illã qualitatem habere. 9 vt hæc qualitas est nãralis, si ad agendum, nrãlis esset actio; vt principium quo ageret, esset nrãliter determinans. Zaccar. ait conuertimini, & conuertar ad vos; si negat actum primum, vt quid clamat pro actu secundo? pęnitentiam agite; aperi mihi soror mea spōsa. iniustè Isaias conqritur c. 1. iudicate inter me, & vineam meã, qd vltrò debui facere; si nō complet vim actiuam in actu primo? ℞ sufficiens dat quo possit, non qcquid ad actum. si in hōis potestate non sit illud habere; eius negligentiæ ꝙ non habeat. vel homo se disponit vt mã, & subm̃: at in rōne agentis, per illud p̃determinans, & grã, quæ ẽ physica qualitas ad vnum. Contra; sub grã efficaci pōt dissentire Trident. sess. 6. c. 5. & can. 4 ergo non est p̃determinans ad vnum. 2 si pōt dissentire, numq̃ tamen dissentiet; cui impossibilis actus, impossibilis potẽtia proxima ad illum actum. 3 si neq̃ tollere, aut ponere id, ꝙ ꝓximè est præreqsitum actui, nō hēt in sui facultate actum. 4 nãra dissensus repugnat cum decreto, & efficaci motione infallibili ad vnũ. 5 sub grã efficaci, si non repugnat dissensus, non p̃determinat vnum. ℞ est indifferentia iudicij. Cōtra stante indifferentia iudicij, neq̃ cogi voluntas; vbi indifferentia iudicij, voluntas intrinsecè libera. 2 implicat voluntatem esse liberam per indifferentiã iudicij, & esse p̃determinatã. 3 ꝙ determinat vnũ, ita est efficax, vt quouis tempore, nec vlla potest fingi occasio, quin habeat effectũ, ergo nec libertas ex indifferentia iudicij. 4 vsus libertatis voluntatis est distinctus à libertate pōæ; si pōa indifferens; vsus determinatus, & impeditus. 5 non esset Deus orandus pro grã externæ protectionis, nè grauiter tentari nos sineret; nã dato absoluto decreto; si grauis, aut leuis tentatio, parum referret. 6 non magis laudandus, qui graui tentatione victor euasit, quam is de leui. 7 ex vi prioris insuperabiliter voluntas determinata ad vnum. 8 duo æquali dono, lumine, vn' manet in peccato, & suo resistit arbitrio; alter iustus euasit. Publicanus, & Pharisæus; Nabuc, & Pharao. 9 concursus causę primæ ad effectum causæ secundæ liberæ, conformis est naturæ causę liberæ, non physicus ad

vnum

vnum. 10 si non est in potestate voluntatis, nec datur à Deo; quibus non datur, nequit actus esse, imputari, aut ommissio actus.

Arguent Bannes, Aluarez, Nazarius, Gonzales, Zumel, alij Thomistæ. 1 ex suppositione sciẽ mediæ, decreti antecedentis, & non vltimi; etiam præscit infallibiliter operaturum; nec potest non operari. ℞ libertas manet; necessitas non est antecedens cõsensum, nisi absolutè; non sub conditione, & in Dei præsciã, qua finit nostros mot⁹. C. tot Patres, & Doctores, Deum præfinire ad gloriam ante p̄uisa merita; nec ledi libertatem. ℞ si electionem ante preuisa merita, vel post p̄uisa demus; nil sciæ mediæ, & cõditionatis repugnans est. 1 electio est actus à solo Deo; actus noster liber, nequit absolutè vltimo decreto, absque conditione nostra. 2 in decreto, quo De⁹ ordinat, & dirigit per media, necesse est præuideri consensum. 3 si præuisio consensus; nec se habet vt causa & ratio; sed ex parte subiecti. 4 etiam in electione Deus cognoscit certò, & perfectè media libera, quibus si darẽtur, coronã infallibiliter consequerentur; & alij pro libertate abuterentur; sic præsciuit, & prædestinauit. sic oculi Dñi ad fideles terræ, vt sedeãt. Contra, Pelagius, Celestius, Faustus, internã grã aliquando admittebant, & contra Augustinũ, qui grãm Dei humana merita antecedere; & ex nolentibus volentes facere, & falsò humanam tolli libertatem, & fatum ineuitabile induci; lib. 2 cont. duas Epist Pelag c. 5. 4 cõt. Iulian. c. 8 at si sciã mediam dedisset August. nullus color Pelagii, si grã non determinaret voluntatem, cũ non ex Dei absoluto decreto efficaci, ex nolen ib⁹ volentes redderet. ℞ gratia vtique à Pelagio data Augustino, interna, victrix, efficax, quæ ne dũ posse, sed vt velimus, & agamus, antecedenter: at Aug. vtique vt velimus, sed præscius; quomodo scit congruere. imò Pelagius non grã interior, sed exterior. hinc Pelagius, vt Hieronym. cõtra Pelag. ep. ad Ctesiphontem c. 3 frustra dedit arbitrium, si non possum, nisi me semper adiuuerit. destruitur voluntas, quæ alterius ope eget; Achilles Pelag. Aug. 1. de grã Christi c 47. si sine adiutorio nihil benè velimus, si consenserint diuinitus voluntatem, & actionem adiuuari per gratiã, nihil controuersiæ relinquetur. Bellar. 1. de grã, & lib. arb c. 11 Pelagius diuinę gratię ab humana libertate separator; ea exclusa posse pręcepta Dei impleri, gloriam consequi. Contra Pelagius sæpè eam concedit. ℞ tantũ ad facilè posse, ex Conc. Senonẽsi decr. 15. de lib. arb. D. Thom 3. c. gent. c. 147 Abulens. tract 5. in Matt. c. 19. q. 174 Castro Verbo gratia. Platina vita Innoc. 1. Aug.

Arguent Thomistæ , Aluarez , Bannes, Zumel & alij etiā Scotus 1.d.2.q.2.d 8 q.5.R d 39 cā secūda agit vt mota;nec motio primę nisi physica,nō moralis 4.d.49 q. 6.ad id,nō minus tollit determinari à superiori, q̄ inferiori; subdit non esse contra nārā volūtatis determinari à causa superiori 2.d 1.q.3.D.Deum agere necessariò, & dari contingentiā pugnat; ergo&Deū mouere liberè,&cām non esse liberam. 3 Prolog.d.39: 41.vbiq; docet oēs actus futuros prędefiniisse . oīa cōtingentia reduci ad hanc,Deus vult.Quodlib 16. 1,agens nārale vel est omnino primum, vel si posterius à priori nāraliter determinatur; ergo voluntas determinans liberè,non aufert libertatem.℞ secūda agit, vt mota,quia habet esse à prima, vel influentiam,vt baculus à manu. vel ambæ attingunt eundem effectum, ordine quodam,prima principalius , vt Pater , & Mater in gñatione, & simul cōcurrūt actiuè.2 agit vt mota,non quia accipiat formam in fieri , qua agat: sed in ordine suo hēt formā actiuam in esse quieto, qua realiter , & physicè influat.3 Deus sinit causas suas exercere causalitates.3.d 3.q.2.G. A 2 determinari,nō determinatione inhærēte, quæ anteuertat actum operandi ; tum quia hæc fit per causam creatam inferiorem voluntate ; per illam volūtas in suo ordine passiuè determinatur.3 determinari in actu secundo operatione , facta cum voluntate creata, à Deo prioritate, vt à quo:nam in liberis causā esse determinatā , est ipsam hēre volitionē respectu volibilis,vt in naturalibus est ipsam habere formam,qua causet.2d 1.q.2.ad arg. Ad 3 Dei voluntas prima radix contingentiæ,non oīs contingētia; res administrat, vt mot' agere sinat. 2 causæ secundæ influētia,quam habet à prima , non est quid absolutū, sed ordo inferioris ad superiorem. Ad 4 prædefinit in esse absoluto , in esse antecedenti, & quoad ea, quæ immediate pendent à Deo. vel in omni esse tam absolutè , quam conditionatè Deus vult; semp imbibit velle *Dei* sub conditione , vt pręcipit si velimus . Vel volūtate efficaci, & decreto vltimo Deus; voluntate signi, & antecedente , vult sub conditione; Niniuè subuertetur, nisi pænitentiā egerit ℣. Ezechiæ morieris , nisi fleueris . hæc decreta nō vltima supponūt cōditionē ex parte obiecti volibilis,& q̄ vult à nobis fieri si velim'.

Arguent rōne 1 causæ secūdæ agunt vt p̄motæ à prima.8 phys. 33.primū est ita mouens , vltimū non mouet primū.2 creata,& increata volnntas se hēnt ad agere simul,vt duæ causæ essentialiter subordinatæ ;ergo formā habet ab ea.3 causa, quæ agit vt mota , recipit vim agendi,in actuali motione

tione; vt baculus mouet pilam, subordinatur brachio, vt prius in in se recipiat, magis causa secunda à Deo. 4 causa ex se indifferẽs ad vnum, vt ad aliud; eget à Deo determinari ad vnũ. 5 nullus effectus, quin essentialiter à prima & sub prima; ergo prius à Deo, quã à creatura determinatur. 6 æterno decreto omnia præfinit; omnia secundum consilium voluntatis. quæ voluit fecit; id non nisi in tempore præmouet, & determinat. 7 Deus nequit facere, vt arbitrium infallibiliter operetur, quin physicè prędeterminet; faciam vt in præceptis meis ambuletis. 8 Aug lib. 1 ad simplic. q. 2 grã efficax, quæ à nullo duro corde respuitur; ergo ꝑdeterminat, secus respui posset. de cor. & grat. c. 14. nostra voluntas subdita motioni, & volitioni Dei. 9 conc. Arausic. can. 4 non expectat nostram voluntatẽ, prius per Spiritus Sancti infusionem, vt velimus à peccatis mundari. Can. 21 in opere bono Deum prius incipere. trid. sess. 6 can. 4 motum, & excitatum cooperari Deo; ergo pręit efficax, & physica motio. 10 motio gratiæ efficacis, à sufficiẽti distincta non esset, nisi prędeterminans ad vnũ. 11 nequit intelligi vt efficax ex se, ante consensum, quin prædeterminet. 12 Ber. tract de gratia, Deus auctor oĩs meriti, qui voluntatem applicat operi, & opus applicat volũtati; applicat, hoc est prædeterminat. 13 Aug. de lib. arb. gratia se habet ad arbitrium, vt sessor ad equum, sessor regit, mouet, determinat vt vult. Idem ep. ad Sixtum, & ad Bonifacium; volũtas respectu gratiæ pedissequa, non præuia.

Ad 1 agit vt mota, non vt recipiat formam in fieri, qua agat; sed in ordine suo habet formam actiuam, qua realiter, & physicè influat. 2 præmota non vt recipiat prius naturaliter formã de nouo, sibi inhærentem; sed quia eget concursu causæ prioris; & in actione essentialiter secunda pendet à cõcursu primæ. 3 determinatio in simul agendo; præuiè prioritate à quo. Contra, *in actu* supernaturali *voluntas, per formam* nouam, aut fluentem, & gratiã. ℞ quæ inclinat, non quæ determinet; vt meritoriè agat, non quoad substantiam actus. Ad 2 subordinatæ, quia secunda habet esse à prima; non agit nisi agente prima, & influente; hinc essentialis dependentia secundę, rõne cuius sine prima agere nequit. Ad 3 instrumentũ, quod passiuè recipit motum, in actuali *motione*, vt à manu baculus: at volũtas actiuè se habet ad agere, habet formam in esse quieto; nil tã in potestate voluntatis quam ipsa voluntas. 2 instrumentum artis non est actiuum, recipit motum agentis. plus potest in virtute principali, quam in propria; causa secunda in virtute primæ,

quia

quia id, ad quod se extendit, est sua virtus actiua, quā accepit à prima; sic semper subordinatio. Ad 4 indifferens, nō tā passiuè vt recipiat, sed actiuè vt se determinet sub *Deo*. est indeterminatio virtutis, actiuè in sui facultate. Contra nō est primò se determinans. ℞ nō absolutè, à se primo, sine Deo, sed sub Deo, in suo ordine agendi; absque eo, ꝙ egeat extrinseco, p̄uiè determinante ad vnum; auferret in suo ordine agendi indifferentiā; & euertit libertatem. Ad 5 nullus effectus sine Deo, concursu cōseruatiuo, & cooperatiuo; non antecedenter, à *Deo* predeterminante vnū à causis liberis; causa libera non se determinat, nisi suo actu volendi, & nolendi. 2 nil sine Deo, vel sinendo vt fiant; vel ipse immediatè faciendo. 3 causas liberas præuenit, excitando, mouēdo, non determinando. Ad *6* ex 1.d 17 q. 2 L L vt acceptatio Dei æterna, qua Deus ab æterno præuidens, hunc actum ex talibus principijs eliciendū, voluit ipsum ad præmium. 2 actu voluntatis statuit effectum futurum à causis suis, & quantum ex se dedit antecedētia, quibus vellemus, & daret subsequentia. 3 ab æterno p̄finiuit, vt eorum futuritio sit futura, decreto vltimo, efficaci, & beneplaciti, quod supponit velle antecedens, conditionatum; qm̄ ex parte sui nulli deest, qui dignus fuit. 4 in actibus supernaturalibus sic mouet, vt congruè sit ipsi, vt liberè consentiat. Ad 7 infallibiliter vt ei congruit, & sua libertate vtatur, non quod prædeterminet: sed quia ex proposito datur; & præsciā, seu connexio libera causarū, vt antecedit propositum, & vocationem, non est nisi conditionata, si velimus; si obicem nō ponamus; at velle ab solutū præcedit præsciā in absolutā. 2 quæ Deus voluit vt fierent, ita voluit, vt præcepit; sicque oīa sub decreto; præcepit, decreto sub conditione; si velis; si feceris; si audieris; etiam conditio ex parte termini volita à Deo. statuit; præcepta dedit. Ad 8 à nullo duro corde respuitur; vox ad fideles; quis ita durus vt resistat? 2 ita datur, vt congrua, cōsona, vt sua sponte consentiat; secus non posset respui. 3 Deus sibi subicit nostrā volūtatem per grām, vt ipsa consentiat, nō respuat. Conc. Arausic. prius vt velimus, quia pręuenit vt velimus. 2 Contra Semipelag. nec gratia sit ad incipiēdum, nec sit præueniens. non Deus expectat, præuenit nostras voluntates, dat quibus velimus. Contra præuenit, ergo determinat. ℞ præuenit aspirando; in adiutorium intende. motum & excitatum arbitrium; implicat determinatū, & dissentire si velit. Contra in bono opere Deum prius incipe-

re. ℞ in actu meriti vt Scot. d. 17 q. 2 substantia actus ab arbitrio; ratio meriti est ex habitu, cum relatione ad Dei voluntatē quæ acceptat. habitus inclinat actiuè; in ratione meriti principalius conuenit actui ab habitu; quam à voluntate: magis enim acceptat Deus actum, vt præmio dignum, vt elicitus est à charitate, quam vt liberè à voluntate Contra. Fato & decreto Dei, vixerūt etiam ethnici; ergo nō est vt negetur. ℞ vt negligas viam vitæ, & disciplinæ nil melius 2 fatum inevitabile extra statū viæ, vbi meritum, & demeritū. 3 decreta nō sinunt motus, si sunt ad vnum. Trident. motū & excitatū; excitari non est determinari. Ad 1 o efficax, quia pensantis omnibus, ita congruit voluntati, vt infallibiliter consentiat 2 efficax, non quia sufficiens non sit principiū respectu actus; & ex requisitis aliquid desit, vt realiter distinctum; sed quia non attingit terminum, & finem propter quem datur; sic multi vocati; non tamē omnes vno modo affecti; illi sequuntur, qui ei capiendæ reperiūtur idonei, ep. 1 ad simplician. q. 2 3 potentiæ proximæ, nec intrinsecè, nec extrinsecè aliquid deest quo possit reipsa in actū exire; cū sufficienti respectu volitionis rectæ est principium actiuū voluntas: nam gratiā habet; cum sine gratia, iam non esset sufficiens. 4 sufficiens dat potentiā, non remotè, & diminutam, sed proximè; hinc efficax non addit quid re ipsa distinctū. Contra, efficax physicè prædeterminat; necesse ad actum, non ad posse: ideo sine ipso est in homine, quo possit cōuerti. ℞ si physicè necessarium vt prædeterminet, realiter distinctū à sufficienti; quomodo stat per ipsum; si per sufficiens non conuertitur? Cōtra est vltimum pōæ, & complementū principij. ℞ tūc sufficiens principium videndi, cū omnia necessario requisita cōcurrunt, quæ sunt pōa visiua intrinsecè, non impedita, mediū illuminatum, & visibile, seu corpus coloratum; si vnum deest, pōa, si adest, non tamen videre est in eius potestate. ita efficax, necessariū, & distinctū realiter entitate physica prædeterminante; non habens illud; virtus sufficiens ad agendum simpliciter deesset, nec sine illo sufficiens esset principiū; pōa ad operandum, non est sufficiens, cum qua implicat actus, nisi aliud principium addatur. Cōtra, si caret efficaci necessariò requisito, habet in potestate illud habere; sic cares atramento, quo scribas, in tui potestate vt illud quæras, emas; si cares efficaci, quærite, pulsate, petite; hinc sufficienti non cares. ℞ sufficiens non datur, vt potestas operandi sit vltimus terminus; sed propter actum. 2 vi sufficientis, Deus

obli-

obligat, non vt possimus, sed vt actu operemur; ergo aliud distinctum principium prædeterminans, non necessarium. 3 si per sufficiens, non prædeterminatur physicè vt consentiat, quomodo consentiens per sufficiens, & non resistens, potest habere efficax? 4 potestas habendi efficax; si passiua, ergo tantum capacitas, non in sui potestate habet principiũ operandi; si actiua, & per eius vsum potest petere; ad vsum necessaria physica prædeterminatio, ergo impossibilis vsus. 5 illud in nostra potestate, quod nostram sequitur voluntatem, 1 retract. c. 23. si prædeterminatio antecedit nostrã volũtatẽ; ergo nõ in nostra potestate. 6 intellectio obiecti, si necessaria voluntati, vt velit, necesse vt volitio libera sequatur intellectionẽ non liberã; ergo si motio prædeterminans; non minus quam intellectio ad vilitionem; ergo volitio libera, à predeterminatione non libera, quæ non est in nostra potestate. Ad 12 Bern. rectè in merito duo, substãtia actus cum rectitudine, & rão meriti: sic habitus gratiæ est qualitas, inclinans ad actum secundum substantiam; sed habet specialem relationem ad voluntatem diuinam, acceptantem ipsam, vel subiectum habens ipsam. 2 conditio meriti principalius conuenit actui ab habitu; minus principaliter à voluntate; magis enim acceptatur actus vt dignus præmio, quia elicitus à caritate; quam à voluntate liberè elicitus; & si vtrumque necessariò requiratur. diuisio à cultello, & si magis à diuidente; at sub ratione acceptionis, vt placet visui, magis ex acutie instrumenti. Sonus magis ex percussione corporum sonantium, quam ex percussionis ordine: at magis auditui, acceptus ordo, quam efficax vis percutiens: ibi armonia. Pater causa præcipua, quam mater: at hæc vt magis, vel diligibilis alicui, quia matris. ita gratia applicat operi, sub ratione dilecti, quia præcipua, per hoc acceptũ, vel acceptabile. Ad 13 gratia sessor, voluntas vt pedissequa, non præuia. ℞ Scotus respectu actus, vt meriti; non actus in substantia; hinc numquam physica prędeterminatio ad actum. 2 addit Scotus exemplũ simile, si equus esset liber, & sessor per modum naturæ, esset dirigẽs equũ ad certũ terminũ; cursus equi ex hoc, quod secundum inclinationem sessoris ad terminum, tunc magis placere posset; at si vi sua curreret, tunc posset equus sua libertate sessorem deicere, & præter eius directionem, in alium terminum se mouere. sic voluntas, ait Scotus, est quasi equus liber; gratia sessor per modum naturæ inclinans ad obiectum, secundum hanc inclinationem

voluntas placet; cum sessor abijcitur per peccatum, aut actum, qui est indifferens, vt inclinat gratia, tunc voluntas est displicens; & ita voluntas pedissequa, quia non ex se determinatè inclinat ad terminum; ob inclinationem actus acceptatur; hinc gratiæ nõ ẽ determinare ad vnũ: sed inclinare ad terminum, ob quam inclinationẽ, actus est acceptus, sicut inclinat gratia, & voluntas id participat à gratia. id magis inest gratiæ, quam sibi, in hoc ipsa causa secunda; tamen in elicitione actus, voluntas habet in se rationem motiui; in causare intrinsecum actui, volũtas nõ nisi sua optione: sed in esse propter quod acceptatur, p hoc dicit respectũ ad extrinsecum. equus ex sua libertate currens; non tamen cursus eius acceptaretur, quia non secundum directionẽ sessoris. gratia inclinat, non determinat; reddit actum magis sub merito, non quoad substantiam. magis est ex ea parte, qua obiectum dicitur actiuum, quam ex ea, qua potentia est actiua. actum ex puris naturæ esse meritorium appropinquat errori Pelagij; hinc acceptat actum vt meritorium per gratiam. hæc si magis ad gratiam habitualem pertinent, facilè ad gratiã actualem aptari possunt.

An Decreta Dei ad dandum gratiam operandi sint absoluta, & primo efficacia in nobis absque connotatione præsciæ, & conditionatæ prauisionis; nec à congruitate vocationis, qua Deus voluit dari congruam, contemperatam arbitrio, vt homo sua libertate consensum præstaret. XIX.

EX decretis suæ voluntatis, & entitate gratiæ in esse absoluto, in recto, vt à forma intrinseca, certum est desumi: sed ab extrinseco à connotatione conditionatę præuisionis, quam sciam vocant mediã: qua præuidit Petrum infallibiliter consensurum, tali vocationi assensum daturũ; nõ quod in Deo sit habitus, aut ars simpliciter, vt directiua agendorum; quæ non habet locum in Deo; sed tantum diminutè, secundum quid, vt apprehensiuus rectitudinis, posita determinatione voluntatis, cognoscit ordinem agibilium. hinc vt nullus effectus est determinatè in se extra suas causas, sine determinato concursu Dei; ita nec conditionatam futuritionem, sine conditionato decreto Dei; hinc dupplex determinatio, vltima, & nõ vltima cõparatione futurorum, 1.d.40 A. ita duplex decretum, absolutũ, & cõditionatũ; absolutum comparatione futurorum absolutè; sub conditione respectu

ctu eorum quæ vellet à nobis fieri; huic duplici decreto duplex respondet futuritio 4 d.16.q.2 K

Dico. efficaciam donorum desumi in esse absoluto effectiuè à decretis diuinæ voluntatis, & intrīsecè ab entitate gratię in recto; at cū cōnotatione, & respectu ad cōditionatū cōsensū nostri actus in obliquo; sicque cōgruū, & cōtēperatū arbitrio. nec cōgruitas gratiæ efficax, vt est physicè p̄determinans; sed efficax, quia cōnotat opationē sub statu conditionato; vt ipsa velit.

Probari potest ex his, quæ passim Scotus 1. dist. 38 & 39. cōtingētia habent determinatā veritatē ex decretis certis, infallibilibus, ad cōnexionē liberā cū voluntate. ibid. res iuxta proprias rōnes intelligit, hoc vt necessariū, illud vt contingēs; determinata, & infallibilis Dei sciētia stat cū cōtingētia; vt diuina voluntas potest nō velle cōtingēs, intellectus pōt nō scire. id de rōne cōtingētię, in determinatio de possibili. d. 39. E. F. libertatē nostræ voluntatis comitatur vna pōa ad opposita manifestè, ad velle post nō velle, seu ad successionē oppositorū; & ad opposita nō ita manifeste, absque successione; vt si in vno instāti volitionē habet, nō necessario causat; sicut hoc est cōtingēs, ita causat hoc velle cōtingenter, & pōa est ad oppositū eius, ꝙ causat sine successione, & est pōa realis, vt naturaliter prior actu secūdo, vt sic æquè aliud oppositū ponere. si vt p̄determinata ad vnū ageret, vt naturaliter prior suo actu, non esset indifferens. d. 39. D. sola libertas diuinæ volūtatis; nō eius efficacia est prima radix extrinseca libertatis creatæ. Ibid. R. si intellectus Dei nō sequitur res vt effectus causā; tñ est comitantia, sicut res potest nō esse, ita intellectus pōt non scire: & sicut res scita pōt esse, ita intellectus pōt eā scire; & sicut res scita, pōt nō sciri, & si nō erit nō sciet. d 40 in fine, vt volūtas nostra pōt mereri dānationē, ita comitāter sequi, ꝙ diuina volūtas, nō p̄ordinaueri:; vt Deus non pōt falli, nō pōt stare intellectio eius respectu actus cū opposito illius; ergo sēper cū cōnotatione ad actū nostrū; & nūc ęternitatis mensurat actus nostros, vt coexistens omnibus partibus tēporis. C. d. 41. si offerantur diuinæ, duo æquales, quare istū p̄ordinat benè vsurū, nō illū, nisi qa vult. & ante A. quē vsū liberi arbitrij p̄uidet in illo; nō isto, si cū grā. hęc Scot. ad tollēdū meritū propter bonū vsum p̄uisū si superuixissent: nullus enim acceptatur, vel damnatur secundum merita, quæ habuisset; aut secundum illa, quæ prę- uideretur habiturus, si superuixisset. lit. A. nō vult Deus aliquem punire, quin videat peccatorem. D. scit hunc peccaturum, non

solum

solum quia scit, se permissurum: sed quia scit se cooperaturum ad substantiã actus. 1. d. 17. q. 2. G G. si gratia efficiens actum, cum voluntate creata se habet vt causa prior, & voluntas vt posterior, actio nõ esset libera, quia gratia naturaliter moueret, & voluntas non ageret nisi vt mota naturaliter; si ibi de grã habituali; magis de actuali, quæ facit voluntatẽ agere. 1. d. 3. q. 7. B B. & dist. 7. c. indeterminatum propriè oportet vt habeat formã, vt recipiat, aut agat: at actiuè ipsũ se determinat ad effectũ. d. 8 q. 5. 2. voluntas actiuè ad vtrũlibet indifferẽs ex se potest sufficienter in suo ordine, sine forma supueniente ad hoc, vel illud determinari. quod lib. 18. M. libera ad vtrũlibet, sui ipsius ad alterum eorũ determinatiua. 1. d. 12. G. voluntas sub aliqua forma eã determinãte nõ est libera; etiã si forma sit actus proprius, ab ea liberè causatus, vt sub actu volendi. d. 17. q. 2. H H. ad meritum nõ satis voluntatẽ cũ charitate, sed specialem mouẽtis formæ influentiã; & infra litt. K K. actũ, q est meritũ, esse in potestate, supposita generali influẽtia; cõpleri, nõ in mea potestate, nisi dispositiuè. & infra litt. L. L. nec esse rationem formalẽ meriti, nisi ex acceptatione Dei petẽdã. omnis ratio meriti ex Scoto in acceptatione, & sub isto respectu; acceptatio cõnotat; ordinat peccatores cõuerti ad Deũ supposita grã nõ determinari ad vnũ. hinc Trid sess 6. c. 6. conuerti ad Deũ, cum eum omnis iustitiæ fontẽ diligere incipiũt. Zacchar. conuertimini ad me, & cõuertar ad vos. Luc. dimissa sunt ei peccata; quia dilexit multum. Ioan. 14 qui diligit me, diligetur à Patre meo. non ꝙ natura possit absque gratia; nam voluntas cũ charitate, sed specialẽ influentiam, seu per modum concursus; aut acceptationem; aut non viribus naturę, meritoriè agere, ꝙ error Pelagij. Q Q Spiritus Santus posset actum immediatè causare in voluntate, & ipsum tanquã à se creatũ acceptare: sed tunc non esset actus voluntatis, vt in potestate eius: nam disposuit actum arbitrij, & quod esset in potestate eius acceptare; ꝑdeterminatio ad vnum non est in potestate. Deus assistit causæ secundæ ad suum actum; Spiritus Sãctus omni causæ secũdę generaliter cooperatur, ad illum actum, ad quem secundum formã suã ordinatur. *Prius* operatur, quam voluntas; id prioritate eminentiæ, sicut causa superior, simul quippe cooperatur *Spiritus* Sãctus voluntati habenti caritatem, & ipsa operatur. 2 d 1. q 2. ad ad 1. & 2. causam producere effectum absque nouitate in ea, actu primo præintellecta; nec habitudinem nouam pręcedere; vt dictum est d. 35. nec aliqua relatio deter-

determinans ipsam ad effectum; in naturalibus causam determinari ex parte sui ad agendum, est ipsam habere formam determinatam, qua causet: in liberis est ipsam habere volitionem determinatam respectũ volibilis. hinc Scot. cum vult voluntatem determinari à causa prima, ad volendum; loquitur de predeterminatione operatiua in actu secundo, quæ fit per actum, non inhærente in actu primo per formam antecedentem actum secundum tanquam causa à suo effectu. 3.d. 15. D voluntas vt voluntas libera: sed vt volens, sub actu volendi, vel nolendi constituta, non amplius libera; etiam si illa forma sit actus proprius ab ea liberè in se causatus; nam actus volendi est qualitas naturalis, & sic naturaliter agit; multò minus esset libera, si antequam velit in actu primo ad volendum, Deus physicè predeterminet; iam habet formam determinatam ad vnũ, gratia efficax entitas creata, formaliter qualitas determinata ad vnum. 1. d. 42 A si primũ efficiens habeat in se potentiam effectiuam eminentiorem potẽtia cuiu suis causæ; non tamen, quod habeat causalitatem immediatius, quam causa secunda respectu sui effectus; id de potẽtia ordinaria, nõ absoluta, posset immediatè in effectum. ordo causarum superiorum, & inferiorũ id non concludit. Sol eminentius in se continet causalitatem; non tamen facit immediatè bouem, aut aliqd aliud; sed cum boue: causa prima immediatè perfecta, non tamen immediatè nostri effectus, sed agente secunda. d. 43. D. pertinet ad legem vniuersalem omnes finaliter malos esse damnandos; & iudicium legis, Iudas erit finaliter malus, & dannabitur; & tamen etiam dum est in via, adhuc potest eum sua gratia præuenire, non esse finaliter peccator; potĩa ordinaria, potest p̃scire saluandum, sed non isto modo ordinata: sed alio modo ordinata secundum alium ordinem; ergo voluntas Dei non vltimo ante nostrum velle; & Dei est ponere in ordine, quo nos posset saluare; & alio, & alio ordine iustè disponit; secundum quas potest præuenire ne pereamus; nec lex recta, nisi à voluntate Dei accepta; & quod fit ordinatè fit & aliud ordinatè fieret; si secundũ alium ordinem faceret. d. 46. voluntas Dei cum determinat se ad ponendum effectũ in ẽẽ vltideterminatione illud erit, quæ est voluntas beneplaciti: vt voluntate antecedente quantum ex parte Dei, vult omnes saluos fieri, dat adiutoria, sufficientia quibus possunt benè viuere, saluari; vt Rex dat leges rectas, vult omnes pacificè viuere: si videt aliquem tribulari iniustè, reducit

ducit causam ad querimoniam. d 47. volitio efficax, qua sibi cõplacet esset voliti; & tamen posset statim ponere volitum in esse, statim poneret; remissa cum non ponit, sed posset ponere. Quę Deus immediatè per se ipsum adimplet; quæ mediatè, præceptum, consilium, permissio, prohibitio. Ibid. nolitio, mali p̃missio, de quo scit ab alio male fieri, displicet, nõ p̃hibet, vt posset. Volitio efficax, in immediatis à Deo, à se adĩplet; si p alios, p̃cepɫũ. ita implet, hæc exercet *Deus*, vt opa nostra fiãt; ergo ante p̃uisionẽ, & permissionem, in quantum transit super obiectum; & signum voluntatis, non velle prohibere, vult sinere, permittit nostros actus, non determinat. 2. d. 1. quest. 2. ad 1. causæ effectũ producunt absque nouitate in ea præintellecta in actu primo per intellectũ; ad absolutum in causa, sequitur absolutum effectus. 4. d. 1. quest. 1. RR. magis instrumentum agit virtute alterius, quam causa secunda, quia non habet formam actiuam suam in esse quieto, tantum recipit in actuali motione: at causa secunda habet formam actiuam in esse quieto; agere in virtute alterius non est recipere aliquid, sed tantum habere ordinem inferiorem in simul causando. infra; nec influentia noua, aut creatio alicuius inhærentis, sed determinatus ordo causarum in agendo effectum communem. d. 12. q. 3. A. dependentia causæ inferioris à superiori in agendo non esse influentiam, quam agens inferius à superiori per formam, tunc causatam recipiat; sed ordo determinatus in simul causando. d. 13. q. 1. art. 3 non credo causam secundam recipere motionem specialem à prima, tantum habere subordinationem formæ actiuæ ad formam actiuam alterius; qua priori exeunte in actum in suo ordine, secunda nata est exire. mouens motum, non quod recipiat motionem, per quam moueat: sed quia in motione sua ab alia prius naturaliter actu mouente dependet. *dist. 49. q. 6* K contra naturam *voluntatis* in suo ordine determinari, vt nihil sibi primo repugnet & à causa inferiori determinari; vt ab habitu aut qualitate; sic ex parte voluntatis passiua esset, indifferentiam tolleret; nec in sui potestate agere, & non agere foret. 3 dist. 15. quest. vnica. imò voluntas vt voluntas libera, vt volens non formaliter libera, vt habet formam determinatam ad vnum, quæ est ipsa *volitio*. liberum vt liberum, non immediatè ab alio patitur, est determinatum ad vnum ex oppositis, quod est sibi forma naturalis, potest per illam determinate se habere ad vnum, & ita pati. 2. dist. 37. lit. M. quæ *Deus* facit

cum

cũ causis secundis, simultate in quo prius à quo, quod perfectionis, & independentiæ. 1. d. 41. Sed contra. Deũ ab æterno nõ prouidere act' futuros volũtate creata, sine ei' determinatione. Prouidet hunc benè vsurũ, quia vult, & præordinat benè vsurum, quodlib. 17. E. ad actũ voluntas grã excitatur iuxta inclinatiõnẽ. Motio intellũs, inspiratio volũtatis, sunt quæ nos mouent ad operãdum. d. 17. HH. Si tota nãræ facultas cum gnãli concursu, nõn tñ est attingibilis, sed vires naturæ superat. 1. Prol. C. Gratia, & caritas idẽ absolutum ex Deo, differũt per cõnotata. 2. d. 27. q. 1. C. bonitas in actu humano ad præmium in acceptatione. 1. prol. F. 2. dist. 17. G.G. acceptabilitatem in Deo, vel acceptationem ex conformitate rationis per voluntatem eius pertinere ad rationem meritorij. in merito esse à Deo effectore vltimum complemẽtum, vt à solo animatio, completa organizatione. 3. dist. 18 A. est aliquid acceptatum, vel acceptãdum in hõe, dicit ordinem actus ad acceptantẽ. d. 19. in Xpo efficacia, & sufficientia refũdit in acceptationem. ibid secundũ efficaciam, merita Christi pro eis, q bus sciebat eis prodesse. 4. d. 22. G. merita mortificata viuere in acceptatione in ordine ad præmium. quodlib. 17. bonitatem meritoriam dicere respectũ rationis in actu, ad Deum specialiter acceptantem. ex his nequit intelligi acceptatio absque præuisione; hoc ius executioni mandandum, si non est subsequẽs acceptatio, sed antecedens ex pacto Dei, nequit intelligi nisi sub conditione, si vis ad vitã ingredi, serua mãdata. Hoc fac & viues. Matt. 6. quod iustum fuerit dabo vobis. ad Rom. reddet vnicuique iuxta opera sua. ius ad vitam, si non est per subsequentem acceptationem; nequit negari, conditionata præuisio. 1. d. 17. q. 2. kk. meritũ est actus humanus moraliter bonus, inclinatione gratiæ acceptus, vel acceptabilis, vel dignus acceptari. 3. d. 18. meritum aliquid acceptatum, vel acceptandum in aliquo; pro quo ab acceptante est retribuendum ei, q meruit, vel alteri, pro quo meruit. quodlib. 17. art. 7. actus liberè elicitus, vel imperatus, moraliter, bonus specialiter Deo acceptus: acceptatio in Deo nõ est subsequens actum nostrum absolutum, quasi Deus sit passiuus; sed est pactũ Dei antecedens; & meritum integrari ex pacto Dei effectiuè; ex grã vt instrumento; manifestatur per acceptationem. implicat hoc pactum, quod Theologi, Scotus, Alensis, Bonauẽtura, Thomas, & omnes Patris Societatis, posse intelligi absque præuisione conditionata: præcepta sub conditione, & sub respectu rationis ad pactum diuinum. Sic Ezechiel cap. 18. conditionatè exprimit, quacumque hora si peccator ingemuerit; Pœnitentiam agite. Zaccariæ 1. Conuertimini ad me, & conuertar ad vos. Apoc. 3. sto ad ostium

& pulso, si quis audierit vocē meā. Cant. V. vox dilecti pulsantis, aperi mihi soror mea sponsa. Isai. c. 1. Lavamini, mūdi estote. Si fuerint peccata vestra vt coccynum, quasi nix dealbabuntur. prouer. 1. sapia foris prædicat: vocaui, & renuistis Mat. 11. venite ad me omnes, qui laboratis, & reficiā vos; ergo pactum acceptandi nostros actus, nō nisi sub conditione nostra: ex Deo sufficiētem dispōnem, sub donis gratiæ excitantis, vocantis, adiuuantis, non determinantis, nisi sub conditione nostra.

Prob. 2. ex Patrib. efficaciā gratiæ esse ex voluntate Dei miserēdi, cum respū. & ordine ad cōgruum, & specialem consensum nostræ voluntatis; & ita à Deo dari, vt infallibilis consensus, & acceptatio nostra sequatur; & si daretur hō sua libertate consentiret. 1. Rom 8. Qui secundū ꝓpositum vocati sunt sācti. quos præsciuit, hos vocauit, ergo vocati secundum propositum, sunt illi, qui præsciuntur credentes. 2. Aug. de pręd. ss c. 8. grā, q̄ à nullo duro corde respuitur; qa datur, vt omnis duritia cordis primitus auferatur; nequit respui, nisi tempore quo consensus, dispō, congruitas, in qua homo infallibiliter cōsentiet: id nequit intelligi physicè, ergo cō ditione, qua liberè consentiret. 3. Aug. q. 2. ad Simplici. lib. 1. Quāuis vocentur multi, quia non oēs vno modo affecti; illi secuntur vocationē, qui ei capiendæ reperiūtur idonei infra, solius Dei miserentis, quia ita vocat, quomodo aptū est, & scit aptum esse ei, vt vocantem nō respuat. De grat. & lib arb. c. 5. quòd Paulus tūc de cęlo vocaretur, & tā magna, & efficacissima vocatione conuerteretur, grā Dei erat sola: quia solius Dei miserētis, hoc modo vocare, quomodo aptum est. Alibi, præbet vires efficacissimas, cum vocat, sicut scit ei congruere, vt vocantē non respuat. Illi electi, qui congruēter uocati, illi non electi, qui non cōtēperantur uocationi; ergo uocatio efficax, antecedēs motio, spectat ad uocationem, qua Deus facit ut uoluntas uelit, eā uocādo, cū scit ei cōgruere, ut uocātē nō respuat, & arbitrio congrua, & apta in illa Dei altissima, & secreta præscīa. de bon. pers. c. 14. prædestinatio est p æscīa, & præparatio beneficiorū Dei, quibus certissimè liberantur. Trac. 26. in Ioan. noli cogitare, te inuitū trahi; uolūtate traheris; parum est uoluntate, sed uoluptate: delectare in Domino, & dabit tibi petitiones. post odorē curremus. da amantem, da sitientem, da suspirantem: trahit eos, qui credūt in filium, qui cogitant Patrem habere Deum. ramum uiridē ostēdis Oui, & trahis illā: nuces puero, & trahitur; & qui currit, trahitur: amando trahitur, sine lesione trahitur: cordis uinculo trahitur: uoluptates terrenę, quæ reuelātur amantibus trahunt; cur non trahit reuelatus Christus? cur non fortius desiderat anima ueritatē? ergo efficacia gratiæ, tractio, uocatio, cōgrua

grua, contéperata arbitrio. De spũ & lit. c. 34. Visorũ suasionibus agit Deus, ut uelimus, & credamus: siue extrinsecus ꝑ euangelicas exortationes: siuè intrĩsecus ubi nemo habet in potestate, ꝙ ei ueniat in mẽtem: at consentire, & dissentire ꝓpriȩ est uoluntatis. Accipere, & habere anima dona nõ potest, nisi cõsentiendo: si hoc ꝙ habeat, & accipiat, Dei est: at accipere, & habere vtique accipientis, & habentis. 1. retract. c. 22 in potestate hominis facere fructus bonos, aut malos: voluntatem in melius mutare : sed nulla est nisi à Deo detur: nisi voluntas præparetur à Domino, sic facilè fit opus pietatis: ergo per ordinem ad arbitrium, ei congruè datur de prædest. & grã c. 15 Nabuc, & Pharao, ambo Reges, ambo populum Dei captiuantes, ambo clementer flagellis admoniti: at vnus Dei manum sentiens, in recordatione ꝓpriæ iniquitatis ingemuit: alter libero cõtra Dei misericordiã & veritatem pugnauit arbitrio. de bono perseu. c. 14. Si miracula facta Corazain, & Betsaidȩ, fuissent apud Tyrios, & Sidonios in cinere, & cilicio pȩnitentiã egissent, quo modo vt crederent nõ erat eis datum; etiam vnde crederẽt est negatum, quosdam habere diuinum munus intelligentiæ, quo moueãtur ad fidem, si congruè suis mentibus, vel audiant verba, vel signa conspiciant: ergo congruè apta, & accõmodata sunt arbitrio.

Prob. 3. ex alijs Patrib. & Doct. Cris. hom. 21. & 56. in Matt. de vocatione Pauli, & Matthæi, nõ prius Deum vocasse, q̃ prȩnouit, tunc vocationem fuisse penetraturam illorum animas, & non prius. Ambr. in illud Rom 8. secundum propositũ vocãtur, quos credentes præsciuit Deus futuros sibi deuotos, vt antequã crederent scirentur. Bern. de lib. arb libertas pro ingenita sui nobilitate, nulla potest determinari necessitate. Ans. in illa verba Mat. 6 fiat voluntas tua: licet percussus Paulus, tamen voluntas eius libera vt resisteret, si vellet. Origenes Ep. 9. ad Rom. Certum Deum non solum scire, cuiusque propositum, sed & prȩscire: sciens, & antea prȩsciẽs vt fidelis dispensator, & iustus; vniuscuiusque motibus, & proposito vtitur ad ea perficienda, quæ animus, & voluntas elegit. Abulens. c. 19. in Mat. 9. 175. Deus mouet voluntatem, nec determinat eam; facit vt bonum ei offeratur cum magna rõne boni, manet voluntas cũ indrĩa. Obijcit: si Deus efficaciter vult elici à volũtate: illa nõ eligit, qa manet indiffẽs. Res. cũ De' vult sub tãta rõne boni præsentat, vt voluntas statim se determinet: vt & nos volentes aliquem trahere, ei rem offerimus, quam ipse valde desiderat.

Prob. 4. ex Conc. Trid. sess. 6. de iustifi c. 5. vt tangente Deo cor hominis, per Spũs Sancti illuminationem: neque homo ipse nihil omnino agat, inspirationem illam recipiens quippe qui, & illam abijce

re potest; neq, tamen sine Dei gratia mouere se ad iustitiam coram illo, libera sua volũtate possit. Can. 4. Si quis dixerit liberum hominis arbitrium à Deo motum, & excitatum, non posse dissentire si velit, anathema. Locuntur de voluntate vt subest auxilio efficaci, quomodo hæc cũ prędeterminatione ad vnũ? nisi cõtemperata ad arbitrium, vt põa ad oppositum sensu composito, & diuiso maneat. Conc. Coloniense tit de iustifi. Si scriptura vitã æternã bonorum operum mercedem appellat; Nõ putemus benefacta nostra esse digna ꝓ ꝓ operum ipsorũ dignitatem; sed ꝙ Deus fidei nostrę, quã per opera in nobis exercet, vitã ęternã gratuite sit pollicitus. Conc. Senonense c. 16. faciet tãdem misericordia locũ vnicuiq. iuxta meritum operũ suorum. Conc. Prouinc. Senon. ita necessaria gratia, vt cum ea lib. arb. bonũ efficiat; nõ ego, gratia Dei mecum; ne lib. arb. otio torpescat cum Manichæis; nec arrogantia Pelagij, vt in se citra diuinę gratiæ munus sufficiat. ex his, & alijs multum differt error Pelagij à doctrina eorũ; qui efficaciam gratiæ, à consensu cum gratia prouenire docent. Tu ipsa Dei cooperatione cum voluntate, speciale beneficium agnosce, ꝙ totum negabat Pelagius; sed bonam voluntatẽ in nobis, in naturæ põa. hinc Aug. negat Pelag. grãm, quæ donat, & ordinat vt agam⁹ de grã Christi. c. 7. eam, quæ incremẽtum dat cap. 12. nec aliquam concedit gratiam cap. 31. 41.

Prob. 5 ratione 1 gratia efficax ad agendum liberè, non est virtus, neq; influxus Dei; quasi solus efficiat; sed motio, qua Deus facit, vt voluntas velit, vocat efficaciter ꝓcedẽs, ex mĩa dei; ergo pro eis est, pro quibus scit eis congruere, vt libere velint. 2. Christus etiam suam passionem efficaciter obtulit pro electis, non pro omnibus: pro quibus voluntas dei pro illis eã acceptans, vidẽs eã oblatam efficaciter acceptare; ergo efficacia sẽper cũ congruitate, & acceptatione. 3 fallit imaginatio, quod causa libera antequã operetur, debeat per aliquã formam nouã libere determinari: sed per actũ secundũ, ad quem actiue se habet, non passiuè. 4 in actu secundo grã se habet *simul* cũ lib. arb. eosq: efficit, quia homo sua libertate vult illos efficere: ergo simul cum arbitrio, non antecedenter decreuit, si non absolutè, conditionatè, si velit. 5 deus immediatè concurrit cum causis secundis, ad actus nostros; & nihil potest facere quod se facturum non decreuit: secus secundæ facerent actum imparticipatè; deus mutaretur si secus agerent, ac agere statuit: ergo si decreuit vt velimus, ita præparauit vt in illis ambulemus. 6. deus voluit arbitrium, salua sui libertate à nullo posse antecedenter Physicè determinari: sed dirigi, inclinari, ad infallibiliter in re ponendum effectum, quod ei per gratiã actualem præstatur, & quod

sibi

sibi per gratiam habitualem mutuatur. Assumpt. efficax facit arbitrium infallibiliter agere, ergo efficax quia efficit cum arbitrio, non quia antecedenter determinat. 7 determinatio in futuris est ex decreto absoluto, & vltimo: quo cognoscit quid determinatè faciet; non quid esset facturus, motus, & excitatus, si in hoc ordine rerum esset; & quid Deus vellet cum eo concurrere. id enim ad statum sub conditione spectat. 8 si gratia efficax, formaliter, & directè, hunc respectũ habet ad effectum, qui futurus est, virtute tamen connotat cõsensum ex arbitrio futurum. 9 gratia efficax dicit duo: formaliter, & in recto, Dei donum, ex Deo procedens, ex quo futurus consensus in tali ordine posita voluntas; & in obliquo connotat consensum futurum, non absolutè ante velle Dei absolutum; sed conditionatè, quod vellemus, quia conditionatè præcipit Deus nos velle; si comederis. Si benè egeris. Si velis sequere Deum. Si vis ad vitam ingredi. Si pœnitentiam egeris. 10 efficacia nequit intelligi sua natura, secus ante nos ageret absolutè ad vnum; ergo secundum circumstantias vt procedit à Deo, spectatis his, quę à nostro velle sub conditione; vt conditionatè nos vellet, vt ageremus, & voluntate antecedente procedit à Deo. 11 negare quod Deus vocet tempore, quo motu gratię est ei congrua, vt velit consentire; & hoc ex proposito Dei miserentis. nobis occulta, sed ex diuerso ordine, in quo nos poneret, & infinitè præcognoscit. quos præuidit, hos vocauit. prædestinati sumus secundum consilium. electi conformes fieri. secundum præscientiã Dei Patris.

Ais, Sc. d. 41. deus nõ pręscit bene vsurũ, nisi quia vult. hũc non illum pręordinat, volũtas. Res. tã absolute q̃ cõditionate. 2 de actib. præuisis vt verè meritum. 3 negat bona quæ præuiderẽtur habituri, & non essẽt. 4 tollit merita certa, in prędestinatione ĩcerta. altitudo sapíæ

Adde, & hęc. 1. nulla grã excitans & sufficiẽs eẽt revera sufficiẽs; si efficax, & prędeterminãs vnũ, antecederet. 2 ad actus naturales causæ secundæ habent formas, quibus determinatè possunt agere, & re vera agere cum solo influxu, & concursu quo Deus vniuersaliter agit; ergo causæ liberè magis habent indifferentiam agendi cum concursu Dei parato ad vtrumq; & cum gratia, quæ nulli deest. 3 voluntas Dei liberè eligit, & vult hominem liberè ad gloriam peruenire; ergo voluntas creata vt obediens Deo, non vt prædeterminata ad vnum; sed liberè. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. per bona opera certam faciatis vocationem vocari non est determinari. voca operarios. 4 hoc prædeterminans, si per modum principij: non tantum erit, vt voluntas velit, sed vt possit velle; sine eo, ne dum sufficiens principiũ, sed cõpleat in actu

primo,

primo,& sine quo non est sufficiēs ad actionē,aut piā operationē.5 grā hæc prędeterminās, vel ē excitans, vel adiuuās,operans,aut cooperās: si excitans,nō p̄determinat.si opās, sic preit vt cōgrua sit:&coopās sē p biscū simul Aug.1.ad simpl q.1.vt velimus suū esse voluit &nost ū,suū vocādo,nrū sequēdo.de grā,&arb. c. 17. vt velimus sine nobis operatur;cum aūt volumus,& sic volum' vt faciamus,nobiscum cooperatur Conc.Arausci can.9. quoties agimus bonum, Deus in nobis, & nobiscū operatur. Trid. sess.6.can.4. motū,&excitatum;grā operās,qua Deus facit vt faciamus . dat vires efficacissimas,quātum ex parte sui, non determinat.Aug. de gra & lib. arb c.16.Nobiscū operari per grā cooperantē.c. 17.ex his nequit grā operans,aut cooperans esse prędeterminās,vt est à Deo,secus nō esset grā ad operandum,& agēdum. Habitudines istæ passiuæ essent, & ponerent nos in ordine ad effectus nostros,passiuè,non actiuè. Actus gratiæ sub omnibus respectibus vt à Deo,sinunt nos agere;tolle arbitrium, & non est,q̄ saluetur;tolle gratiam nō est vnde saluetur;ergo operāsvt pręueniēs,est vt velimus; determinat nos velle quantū ex se; inclinat ad velle;dat quib velimus; est prædeterminata ad vnum in se: at voluntas numq̄ prędeterminata vt agat;vbi libertas . vbi meritum. vbi prommissiones Dei sub conditione nostra.6. sine grā operante vt velimus,& cooperante cum volumus,neq̄ intelligi, vt sint tātum habitudines passiuæ fundatæ in existia actus:q̄ qualiter sint p̄exigitę, & sint principium determinationis ipsius actus;secus non esset grā operās pro actu, & præueniens. 7 concursus Dei est virtus increata, qua Deus extra operatur,donum Dei,quod gratis à Deo datur,liberè in hōne recipitur; non q̄ formaliter sit dependentia actus ad Deum terminata ; vel ipse actus vt à Deo; ergo cooperans, vt principium qua nobiscum efficit, supponit causā hēre virtutem sufficientē Physicè ad actum,ergo grā,quæ p̄uenit,non Physicè determinat; sed operans,assistētia Dei,motio cum sua grā causæ habētis sufficientem vim agendi.8.Deus non operatur, nec cooperatur nisi operari volenti,& habenti vim agendi in ordine suo;ergo operās vtvelimus,est motio,& excitatio;cooperans est cum arbitrio.9 operans præuenit, excitat,mouet, immittit pia desideria, sanctas cogitationes,pulsat:cooperās, & adiuuans vt operetur nobiscum;præuenit,& sequitur;in adiutorium intende;& ad adiuuandum festina. 10. excitare formaliter est inclinare, mouere per grā,qua Deus in nobis sine nobis excitat.sic inclinat cor ad faciendum;sic gratia Dei vacua non est;ipsamet efficax quantum ex se,apta hominem adiuuare,& cū eo actum coefficere; si ex negligentia,& libertate operari non vult,culpæ suæ imputabitur,q̄ non habeat necessaria ad salutem;

&

& hæc sunt quæ pertinent ad præuisionem sub conditione; vocaui, & renuistis. Spûi sancto resistitis. Dura ceruite. quid potui facere; nisi pœnitentiam egeritis.

Arguent 1. Thom. Caet. Sot. Durand. Capreolus qui supernālē gratiam ad implenda præcepta ex calumnia, putāt Scotum negasse. 4. d. 14. q. 2. art. 2. hōem ad gratiā virib⁹ naturæ cōmmuni influentia, posse cum debitis circumstātijs disponi. illum actum viribus elicitum, ex informi formatum fieri per gratiæ infusionem. 1. d. 17 q 2. Kk. actum, vbi meritum de condigno simpliciter in nostra potestate, si liberi arbitrij vsum, & grā habeā; idem. 3. d. 18. F. 2. d. 37. O. imediatè in anima grām causat, quæ per modum naturæ, ad meritum inclinat. Trid. sess. 6. Deus antecedenter excitat hominem, præuenit, priusquā sanctitatē, & grām efficiat. Res. cōmuni influentia, ne dum concursum vniuersalē, sed gratiam, quæ nulli deest, & antecedentia, quib omnes, quantum ex parte sui. 2. communi, quia voluntate, qua vult, & dat oībus saluos fieri Vel actum ex puris naturæ, quoad substātiam: nō quoad esse meriti. Vel Deus causa meriti, quo modo non causa entitatis, q̃ commissio, & pēctū præsefert. Vel quia ad merendū, prius Deus causat grām, quæ inclinat ad ipsū. hinc præueniens donum, etiam est grā; dispō de congruo, cum ijs, quę influxu communi; nō gratia sanctificans, quæ ad vitam.

Arguent 2. Si Deus non antecedenter Physicè præueniret, nec antecedenter traheret; nemo venit, nisi Pater traxerit eum. 2. non deus nos cōuerteret, initium conuersionis ex nobis; quod Pelagius ex illo Zaccariæ conuertimini ad me, & cōuertar ad vos. 3 præcipuus actus quo pēctor in deum, est dilectio super omnia. Trid. sess. 6. tunc conuerti in deum; cum eum vt fontem iustitiæ diligere incipimus. Ad 1 trahit voluntate, non cogit necessitate. trahit volentes, non determinat vnum. trahit amando cordis vinculo. Ad 2 cum scripturæ, conuertimini ad me, & cōuertar, libertatis nostræ admonemur, & vocationis gratiæ in ordine ad consensum; cū dicūt, conuerte nos dñe, dei gratia, præueniri confitemur; grā quæ mouet, excitat, illuminat, inspirat, sic motu ad deum actu dilectionis, & pœnitentiæ; etiā deus dat grām quæ sanctificat, & ad nos conuertitur. Ad 3 viribus naturæ nō posse hominem nālr primam gratiam, pmereri, & ad illam nālr se disponere. 1 d. 17. q. 2. EE. quo meritoriè agit, nequit esse natura; secus ex naturalib. posset agere meritoriè, q error Pelagij. MM. actum ex puris naturæ esse meriti, appropinquat errori Pelagij. 4. d. 22. q. 1. K. merita, quib respōdēt gradus gloriæ, peccato mortificata, non posse mereri minimam gratiam; secus qui cecidit à multis meritis, meruisset vt surgeret à lapsu per gratiam, solū propter merita ista: hinc Scotus Si

gratiā primam hēre ius; minus viribus naturæ; id tamen stricta iustitia, inimicus Dei nō proximè dign⁹ ad grām, & gloriam moueri. at Dei pietas, citius dat grām, vt resurgāt merita in acceptatione Dei. Deus vtiq. ad actus moraliter bonos excitat; vt ad dona gratiæ disponat paulatim; nō tñ sine excitāte. Facienti qđ in se est. dare pauperi eleemosinā, quò magis congruit inclinat. Dū ait Scotus hominē nedum charitate posse Deum super omnia diligere, sed ex natura; non tollit influxum, & excitationem, qua à Deo ēt infideles excitātur; nulli deest. signatum super nos lumen vultus tui domine.

Vrgent 3 nos vti Semipelagianis. 1 sic initium salutis esset ex nobis, labores, conatus, nāle desideriū ad grām, & iustitiā; Cassian. 2 de instit. Cænob. c. 14. coll. 13. Faust. de lib. arb. c. 1. axioma; iugiter mīam, & Dei grām īplorādā nostris conatibus. Res. si ex puris naturæ nri conatus ad grām, error; secus grā nō esset grā: sed natura. ad Deū anima inclinat passiuè; non attingit, nec se ducit actiuè, absq. motione. Si absolutè, Dei grā est in eius potestate error; si conditionatè, & dono Dei gratiæ, quæ præuenit, inspirat, vt petamus, laboremus, sanctū, pium. 2 si labore se disponat vti Deus initia prebeat. si in potestate hominis, nec alia causa saluari, & non saluari, solus labor hōum, error. 3 si vni, & non alteri absolutè: vltimo decreto det ineuitabiliter qā vult, neget quia nō vult: fatū, Stoici, Manichei. 4 si Deus exhibet, pcipit, sub conditione, quæ in nostra sūt potestate: si velis, si feceris: nisi egeris, peribis. certā facito vocationē. tene nè alius accipiat coronam: hinc nil absoluto decreto, nisi nostro cōsensu sub cōditione apud Deū: nō simpliciter, nō absolutè, nō vltimo velle, nec voluntate beneplaciti ante conditionem præuisè: tota schola distinxit. Scot. Mag. Alens. Bona. Thom. Suar. Molin. Vasq. oēs distīguunt, voluntatē antecedentem signi, conditionalam: scriptura cōditionatè præcipit: nil velle absoluto in his, quæ à nostro cōsensu pēdent. Contra vrgēt. petite, & accipietis, quærite, & inuenietis; date, & dabitur, pulsate, & aperietur. *Resp.* non prima initia, dona, *reuelationes*, inspirationes, pia desideria, q̄ fiunt in nobis absq. nobis: quib. Deus primo tangit, cor trahit, inspirat vt velimus: sed alia dona, quæ sub merito cadunt, congruè, vt grā sāctificās, ad quam homo disponitur de condigno, augmētum, remissio pœnæ, vita æterna: semper Dei pactum, & acceptio. Cōtra prima grā cui nō datur, ob demeritū: ergo cui datur dispositione, & merito datur Antec. perditio tua Israel. Resp. antecedētia quātum ex parte dei oībus dantur; ne dicas per deum abest. vocaui, & renuistis: dicite inuitatis, venite ad nuptias: negatio efficaciæ, iustitia, demeritum: perditio tua: in me auxilium.

4 Thomistæ vt dent physicam præ-

prædeterminationem;non posse esse dispositionē ad primā grām si non datur nisi ei,qui est capax; ergo dispositio ex natura. 2 Scot. quodlib. 14. Q vltra fidem acquisitam dari infusam, ad quam homo ex natura pōt se disponere, non tamen attingere. ℞ capax passiuè,per nil superadditum; at disponi sic actiue, & proxime, est per gratiam & Spiritus sancti, illuminationem. Nec vnquam Scotus dispositio immediata ex nāra; sed ex natura supposita cō muni Dei influentia, quæ est donū gratiæ; cōis, quia nulli deest; nec Deus nulli denegat,qm̄ ex parte sui. Nec dispositio proximè attingens. Contra. Scotus 2. d. 7. E quodlib. 17 homo communi influxu posse actum perfectè, omni morali circumstantia efficere; facienti quod in se est, non denegat grām; ergo ei q taliter agit, non denegat gratiæ donum. ℞ dispositione negatiua, vt obicem non ponenti. 2 communis non est absque preueniente. sine me nil potestis; oīs sufficientia ex *Deo*. qd habes, q non accepisti? Nec vnquam *Scotus* de dispositione proxima; aut de actu, quo ad meritum, ex 1. d. 17 tantū quoad subīam, non quo ad meritum, etiam de cōgruo, opus morale in subīa potest elici; vt meritum, non nisi voluntate Spiritus sancti præmota, & Dei acceptatione.

Arguent 5 Thomistæ. 1 Aug. de grat. & arb. c. 5. quod Paulus tunc de cælo vocaretur, tam magna, atque efficacissima vocatione cōuerteretur, gratia Dei erat sola; ergo non in ordine ad arbitrium. ℞ refundit efficaciam in vocationem ex parte intellūs, & voluntatis; & qua nos vocat tūc, & sicut aptum est vt moueamur; quod ad vocationem congruam pertinet. Contra Aug. serm. 26 in illud Ioan. nemo venit, nisi Pater traxerit; ergo determinat. ℞ trahit voluntate, voluptate, delectatione, nō determinatione; motione ad supernaturaliter operādum. C. Scotus 1 d. 17 specialē influentiam mouentis formæ in iusto, comparat motioni, qua instrumentum ab artifice applicatur ad agendum. ℞ tunc de habitu gratiæ in iustis, qua mouētur, vt condigne mereantur vitam æternam; sic habitus necessariò præexigitur. C. gratia, qua homo pōt, & qua actu agit, semper est habit', & qualitas. ℞ actus vt prescindit à rōne meriti de cōgruo, aut de condigno, non est necesse vt sit ex habitu, qui est in anima iusti, sed satis vt habeat formam actiuam, ex motione Spūs sancti. 2 habitus inclinat etiam, nec forma actiua. 3 gratia sufficiens dat potestatem, vt efficax actum elicit. C. quo homo de condigno vitam æternam promeretur, est ex habitu infuso; ergo ad actus per quos mouetur datur principium supernaturale determinās.

